efficeret;nõ eſt illam admiratus. An verò (ait Auguſtinus loco citàto) alius in corde Centurionis fidem operabatur, quàm ipſe qui mirabatur? &c. Maldonatus exiſtimat Dominum non eſſe re vera miratum, tamen dici miratum, quod ad modũ mirantis hominis fuerit locutus. Huius ſententiæ videtur eſſe Auguſtinus. In libro enim primo cõtra aduerſarium legis, ſic ſcribit; Quiſquis miratur ſecundùm conſuetudinem, qua homines loquuntur, inopinatũ atque improuiſũ ſibi eſſe ſignificat, quod miratur. Sed IESVS, qui omnia præſciebat, quod mirandũ aliis commendabat, mirãdo laudabat, &c. Et lib. 1. de Gen. cõtra Manichęos cap. 8. Quòd mirabatur, ait, Dominus noſter, nobis mirandum eſſe ſignificat; quibus adhuc eſt opus ſic moueri. Omnes ergo tales motus eius, nõ perturbati animi ſunt ſigna, ſed docentis magiſtri. Sic ſunt & verba veteris teſtamenti, quæ non Deum infirmum docent, ſed noſtræ infirmitati blandiuntur. Nihil enim de Deo dignè dici poteſt. Nobis tamen, vt nutriatur fides, & ad ea perueniamus, quæ nullo humano ſermone dici poſſunt; ea dicuntur, quæ capere poſſumus. Sic Auguſtinus.

D

*Receptior ſententia.* Recepti[illegible] ſententia Diui Thomæ 3. part. quæſt. 15. [illegible] vera miratum Chriſtum. Non enim ſe a[illegible] finxit. Argumẽto propoſito reſpondet, [illegible]tum Chriſtum ſecundùm experimentale[illegible] [illegible]ntiam, ſecundùm quam res illi nouæ, ino[illegible] & incognitæ eſſe poterant, etſi ſecundùm [illegible]tiam diuinam, beatã, atque infuſam, eſſen[illegible]otiſſimæ. Sed obiicitur, exper[illegible]ntiam, ſiue experimentalem ſcientiam nõ parere admirationem ei, cui aliter perſpecta iam res eſt: Re-

*Chriſtus miratus eſt ſecundum ſcientiam experimentalem.*

hominibus inſolita, quamuis nobis notæ ſint, admirari. Præterea potuit Dominus, etſi rem haberet exploratiſſimam, motum in ſe excitare admirationis.

NON *inueni tantam fidem in Iſraël.* Hæc quoque verba dubitationem pariunt. Etenim fuit in Iſraëlitis maior fides, quàm centurionis. vide[illegible] in Patriarchis, in Deipara Virgine, in Ioann[illegible] Baptiſta, in Apoſtolis. Reſpondetur tamen du[illegible] ni, Chriſtum de fide loqui præſentium, nec conferre cum Patriarchis Centurionem. De præſentibus loquitur (ait Hieronymus) non de omnibus retro Patriarchis, & Prophetis, &c. Præterea loquitur Dominus de eo tempore, à quo cœpit concionari, & miracula edere; nec confert fidem Centurionis cum fide Deiparæ Virginis, & Ioannis Baptiſtæ, quam ante illud tempus iam inuenerat multò præſtantiorem fide Centurionis. Adde Dominum, vt ait Abulenſis, ſermone hoc non complecti perſonas præclariſſimas, quales erant Deipara virgo, & Ioannes Baptiſta. Comparat enim fidem Centurionis cum fid[illegible] populi. non autem cum fide illorum, qui extra controuerſiam erant.

*An fides [illegible] turionis [illegible] fuerit [illegible] omni[illegible] Iudæorum.*

E

Superatam autem à Centurione Apoſtolorum fidem, quam vocationis initio habuerunt Magdalenæ, & Marthæ, exiſtimat Diuus Thomas Matthæi 8. Similiter Origenes homilia 5. in [illegible]nerſos, fidẽ Centurionis fidei Magdalenæ, & Marthæ anteponi t Quæſtio (inquit D. Thomas) [illegible] de Apoſtolis, & Martha, & Maria. Et dicen[illegible]m eſt, quòd Centurio maioris [illegible] [illegible], quia [illegible]lum præambulum viderat, ſicut iſti, qui mira[illegible] viderant. Petrus venit ad vocem Andreæ; Andreas ad vocem Ioannis Baptiſtæ. in verbo Marthæ fuit ali-

*Quomodo fuerit maior fides Centurionis Apoſtolorũ fide.*

*te conſtitutus* aliorum, videlicet imperatoris, & ducis. habeo verò ſub poteſtate mea milites & ſeruos, quibus verbo ſolo impero, illiq́ue verbo obediunt. Obediunt verbo meo milites, qui ſub poteſtate ſun[t] cōſtitutus. Multò magis obedient verbo tuo m[or]bi, qui omnme ſuperas poteſtatē. Dei poteſtatē [tri]bu[i]ſſe Chriſto Cēturionē ait Chryſoſtomus ho[mil].27. Diuus Hieronym. Chriſti maieſtatem int[e]llexiſſe docet, & intra corporis tegmē latentem c[o]gnouiſſe diuinitatem. Diuus Auguſtinus ſerm. 6. de verbis Domini, hęc verba ſic interpretatur. Si ego homo ſub poteſtate, iubēdi habeo poteſtatem, quid tu poſſis, cui omnes ſeruiunt poteſtates? &c. Diuus Hieronymus putat his verbis ſignificaſſe Centurionem, Chriſtum Angelis ſic imperare, quemadmodum ipſe imperabat militibus. Ad illa enim verba; *habens ſub me milites*: ſic ſcribit; Volens oſtēdere Centurio, Dominū quoque non per aduentum tantùm corporis, ſed per Angelorum miniſteria poſſe implere, quod vellet, &c. Idem putat Origenes homil 5. in diuerſos,

*Centurio Chriſti diuinitatem agnouit.*

B

MIRATVS *eſt*: Dubiū eſt, an interno actu admiratus ſit Dominus Centurionis fidem? Nam admiratio ex inopinatis & incognitis rebus oritur. Nemo enim id admiratur, cùm videt, quod iam ante habebat exploratum. Vnde Auguſtinus lib. 1. contra aduerſarium legis, & Prophetarum; cap. 7. Quiſquis, inquit, miratur ſecundùm conſuetudinē, qua homines loquuntur, inopinatū, atque improuiſum ſibi eſſe ſignificat, quod miratur, &c. Et lib. 1. de Geneſi contra Manichęos, ca. 8. Admiratio, inquit, re vera de rebus inſperatis naſci ſolet, &c. Cùm ergo Chriſto exploratiſſima eſſet Centurionis fides, ipſeq́ue, vt Auguſtinus ait, illā efficeret; nō eſt illam admiratus. An verò (ait Au-

*Matth. 8. & Luc. 7.*

*Chriſti admiratio qualis. Auguſt.*

C

lam experientia percepit, miratus eſt intus, ſed nō magnopere. Foris verò vultu, & verbis, admirationem, qua digna erat, indicauit.

Aliter reſpondet idem ſancti[ſſi]mus doctor in commentariis Matthæi, his verbis; Admiratio eſt apprehenſio magnitudinis effectus: quod fit ex imaginatione, & phantaſia alicuius eff[e]ctus magni. & ſic poteſt cadere in Chriſtum. Vn[d]e admiratus eſt, id eſt, magnum reputauit, &c. Auguſtin. Epiſtola 101. ad Euodium ſic ſcribit: Iſtæ cauſæ ſunt admirationis, cùm vel ratio cuiuſq; rei latet, vel eadem res vſitata non eſt, quòd aut ſingularis, aut rara eſt. Et infrà: Ex cauſa, inquit, admirationis, quæ ideo eſt, quia inſolitum aliquid occurrit, ſcriptum eſt de Domino, quòd miratus ſit Centurionis fidem: neque enim eum rei vllius ratio poterat latere. Sed admiratio pro laude poſita eſt eius, cuius par in populo Hebræo non apparuerat. Vnde ipſa admiratio ſatis expoſita eſt, cùm Dominus ait; *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſraël*. Sic ille. Auguſtinus admirationem interpretatur laudationem, nec concedere videtur Chriſtum re vera admiratum. Diuus etiam Thomas de affectu admirationis non loquitur, ſed admirationem, quam Chriſto tribuit, apprehenſionem appellat magnitudinis effectus. Euangelij verò verba; *Admiratus eſt Chriſtus*; interpretatur, Magnum reputauit Centurionem.

*Admirati quid.*

*Auguſt.*

*Matth. 8.*

Dici poteſt Chriſtum admiratum Centurionis fidem, non quòd ſecundū experimētalem ſcientiam illi fuiſſet ante incognita: ſed quòd, vt raram in Ethnicis & inſolitam re ipſa, magnamq́ue animo conceperit. Poſſumus enim res magnas, & hominibus inſolitas, quamuis nobis notæ ſint, admirari. Prætereà potuit Dominus etſi [...]

*maior proportione.* Quoniam parua fides in homine Ethnico maior viſa eſt, quàm magna in homine Iſraëlita. Quemadmodum parua ſcientia in puero maior videtur, quàm magna [illegible] ſene. Itaq; maior erat fides Centurionis, quàm fides Apoſtolorum fuerat, proportione. Q[illegible]a erat fides hominis ethnici. Vnde *Autor imp.* Auctor i[illegible]perfecti, Si (inquit) non ſumus auſi fideliorē [illegible]enturionem putare, quàm Apoſtolos, ita teſtim[illegible]niū Chriſti intelligendū eſt. Quòd vnumquod[illegible]ue bonum hominis, ſecundùm qualitatem per[illegible]næ illius laudatur. Putà ſi ruſticus aliquod verbum ſapienter loquatur, Philoſophus multò B amplius ſapienter; in modico ſermone ſapientiæ, ruſticus plùs laudatur, quàm in magno Philoſophus. Quoniam ruſticum dicere aliquid ſapiēter, magnū eſt: Philoſophum autem dicere ſapienter, non eſt mirū. Aut ſi puer aliquid aſlutè loquatur, dicimus, Sapiens puer; ſi autem vir perfectus ſapienter loquatur, non laudatur quaſi ſapiens. Non quia puer plus ſapuit, quàm perfectus, ſed quātum ad comparationem ætatis ſuæ, ſapientior videtur eſſe quàm ille perfectus. Sic & in Centurione di- *Matth. 8.* ctum eſt: *Non inueni tantam fidem in Iſrael.* Non quia nec Apoſtoli tantam fidem habuerunt. Sic ille.

*Abulenſ.* Exiſtimauerim cum Abulenſi, Dominum non ſimpliciter omnes Iſraelitas cū Centurione conferre, ſed illos tātùm, qui ab eo ſanitatem petie- C runt, eſtque ſententia illorū verborum huiuſmodi; *Poſtquam concionari, & miracula cœpi facere, nullus à me tanta fide ſanitatem petiit, quanta hic petiit centurio*; nullus enim dixit; *Dic verbo, & ſanabitur*, &c. Hic ſenſus & facilis eſt, & Apoſtolis ſuū ſeruat honorē. Non recumbent, in cælesti regno cum parentibus Iudæorum, Abraham, Iſaac, & Iacob. Ipſi autem Iudæi, filij Abraham, Iſaac, & Iacob, & filij regni in *Beatitudo cæleſtis nomine conuiuij indicatur.* tenebras exteriores eiicientur. Quæritur quonam modo recumbent beati cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum? Reſpondetur, regni cæleſtis voluptates inauditas, ſignificari conuiuij, vel cœnæ nomine. Recumbent igitur beati, hoc eſt, conuiuium agent. Etenim recumbentes ſumebant antiqui cibum.

FILII *autem regni*. Filios regni cæleſtis Iudæos *Matth. 8.* vocat Dominus, vt vult Hieronymus, quia in illis Deus antè regnauit. Euthymius ait appellari Deum hoc loco regnum; filios regni dici Iudæos, id eſt, filios Dei. Addit regnum poſſe ſignificare *Cur Iudæi dicantur filij regni?* æternam requiem; filios verò eius Iudæos, tanquam exiſtimantes ſe eſſe eius filios, eò quòd eſſent ſemen Abrahę. Melius Chryſoſtomus, Filios, *Chryſoſt.* inquit, regni eos vocauit, quibus regnum fuerat præparatum. Caietanus verò; Iudæi, ait, appellantur filij regni, quia ex genere, cui promiſſum eſt regnum, naſcuntur. Ita Ianſenius, & Maldonatus. At regnum cælorum Iudæis non eſt promiſſum in lege veteri, vt primo tomo oſtendimus: ergo non dicuntur filij regni, quod illis fuerit promiſſum. Reſpondetur fuiſſe promiſſum ſub typo terræ promiſſionis.

*Matth. 8.* Dicendum, dici Iudæos filios regni, de quo loquitur Dominus dicens: *Recumbent in regno cælorum.* De regno cęlorum loquitur, igitur regni cęlorum filios Iudæos appellat. Poteſt etiam nō incommodè regn[illegible] ſumi pro regno Dei in terra, vt ſumit *Deus pecu-*

I plautus Co

# Comoediæ Plauti decem.

Ampphitryo.
Aſinaria.
Aulularia.
Captiui.
Curculio.
Caſina.
Ciſtellaria.
Epidicus.
Bacchides.
Moſtellaria.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

## M.plauti poetę comici
## ex petro crinito vita.

M.plautus patria ſarſinas fuit ex vmbria.quod ipſe de ſe inſinuat
in fabula moſtellaria: ⁊ aliꝫ veteres tradunt. Conſtat eū his tem=
poribus romę vixiſſe atqꝫ in ſcęna pręſtitiſſe:quibus in ciuitate P.
ſcipio: fuluiꝰ nobilior:⁊. M.cato excellentes habiti ſunt. Jngenio perurbano
fuit:⁊ maxime feſtiuo.quod cum alia multa indicāt. tum comedię ipſius ple=
nę iucunditatis ac leporum. Relata ſunt ab. A.gellio complura in atticis no
ctibus de erudictiōe ⁊ fabulis plautinis ex auctoritate.M.varronis:qui plau
tum ait:Cum erogaſſet omnē pecuniā in ſcęnicis ornamentis ad ſummā pau=
pertatem fuiſſe redactum.Eaqꝫ ratione in vrbem rediiſſe : ⁊ operam piſtori lo
caſſe ad victum comparādum his molis circūagendis: quas truſatiles vocāt.
Hieronymus manuales appellauit.Et cum aliquādiu in piſtrino verſaretur:
Jbidem fabulas aliquot dicitur compoſuiſſe vt ſaturionem ⁊ addictū.M.var
ro in libro de plautinis comediꝫs verba hęc poſuit : quę ad ſcribenda exiſtima
ui:vt a gellio eſt obſeruatum. Feruntur ſub plauti nomine comoedię circiter
c.xxx.Sed homo eruditiſſimus lęlius.xxv.dūtaxat illius eſſe cenſuit. neqꝫ du
bium eſt quin iſta etiam:quę a plauto ſcripta non ſunt:veterū poetarū fuerint:
vt.M.acciꝫ. C.plautiꝫ.a quo dictę ſunt plautianę fabulę:non plautinę.Cęte=
rū cum.xxv.a veteribus cōnumerentur.M.plauti comedię : ſciendum eſt pręter illas.xx.quę a noſtris grammaticis conſenſu omniū pro plautinis haben
tur tris a gellio nominari.hoc eſt boethiam:neruulariā:fretum:Uarro ⁊ ſex.
pompeius alias plures nuncupant: vt arthemonem: friuolariā: phagonem :
caſtrionem atqꝫ aſtrabā.eaſqꝫ inter plautinas referunt. De aſtraba tamē gel=
lius ⁊ nonius dubitarūt.Jn fabulis ſuis ſecutus eſt grecos auctores: maxime
demophilū:philemonem:⁊ epicharmū ſiculum:vt horatius flaccus teſtatur.
tantūqꝫ ſcribendi elegantia ⁊ ſalibus viſus eſt pręſtitiſſe:vt epius ſtolo affirma
re non dubitauerit:muſas ipſas plautino ſermone fuiſſe locuturas: ſi latine lo
qui voluiſſet: quod a fabio quintiliano refertur. Quo circa gellius cenſor opti
mus omnium ſcriptorū appellat eundem plautū parētem ac principem in om
ni latina elegantia.Uulcatius ſe digitus: cum de ordine comicorū ſcribit: poſt
cęcilium collocauit plautum:cęteriſqꝫ omnibus pręlulit. nomen plauti dedu=
ctum eſt a planitie pedum vt eſt auctor Sex.pompeius.prius enim. M. plo=
tus dicebatur.hinc ſemiplotia calciamenta dicta ſunt:quibus in uenationibus
vterentur:ſed hac de re ſuo loco diximus. obiiſſe traditur paucis annis poſt.
Q. enniū olympiade centeſima.xlv. quantū iacturę factum ſit in eius obitu :
teſtatus eſt idem poeta his verſibus de ſe compoſitis.

Poſtq̄ eſt morte captus plautus
Comoedia luget:ſcęna eſt deſerta.
Deinde riſus:ludus:locuſqꝫ ⁊ numeri
Jnnumeri ſimul omnes collachrymarunt.

## Ex A. gellio. libro. xiiij. ca. xxiiij.

Sedigitus in libro quem ſcripſit de poetis quid de iis ſentiat qui comoedias fecerunt: et quē prēſtare ex omnibus ceteris putet: ac deinceps quoquemque in loco et honore ponat: his verſibus ſuis demonſtrat.

Multos incerto certare hanc rem vidimus:
Palmam poetę comico cui deferant.
Eum me iudice errorem diſſoluam tibi:
Contra vt ſiquis ſentiat nihil ſentiat.
Cęcilio palmam ſtatuo de comico.
Plautus ſecundus facile exuperat cęteros.
Deinde neuius qui ſeruet precio in tertio eſt.
Siquid quarto detur dabitur licinio.
Poſt inſequi licinium facio attilium.
In ſexto conſequitur hos terentius.
Turpilius ſeptimū. trabea octauū obtinet.
Nono loco eſſe facile facio luſcium.
Decimum addo antiquitatis cauſa ennium.

### De ratione carminis comici ex bernardo ſaraceno.

Quod autē ad carmen pertinet paucis aperiem⁹. comoediarum propemodum omnium carmem certe iambicum eſt: ſed cum iambici carminis innumerabiles ſint ſpecies vtuntur comici in prologis quidem et argumentis iambico trimetro: vbi aūt ad concertationē ſermonum deuenitur: aliquando tetrametro quandoque etiam pentametro. Trimetrum quidem appellatur carmen: quod ſenis concluditur pedibus q̄ꝺ breuitas iambi efficiat: vt duo pedes pro vno habeantur: vnde horatius ſyllaba longa breui ſubiecta vocatur iambus: pes citus: vnde etiam trimetris acreſcere iuſſit nomen iambęis cum ſenos redderet ictus. ad tardandam iambi celeritatem ſpondeus admiſſus eſt: vt idem horatius: ſpondeos ſtabiles in iura paterna recepit. et quoniam longa in breues reſoluitur reſoluta iambi longa etiam tribrachus admittitur: reſoluta ſpondei prima anapęſtus: reſoluta ſecūda dactyl⁹: reſolutis ambabus proceleuſmaticus: quare in iambo quidem carmine pedes admittuntur iambus pater: et ad tarditatem inuehendam ſpōde⁹: ob reſolutionem dactylus anapęſtus proceleuſmaticus et tribrachus. Pyrrhichius autem propter indifferentem vltimam ſyllabam in fine recte collocatur. Epheſtion vero de iambico locutus carmine: iambicum inquit ſuſcipit in ſede impari hoc eſt prima tertia et quinta iambum tribrachum ſpondeum dactylū anapeſtum: pari vero hoc eſt ſecunda quarta et ſexta iambum tribrachum et anapeſtum: hoc apud comicos perpetuo: at apud iambographos et tragicos rariuſcule. ſcazon autem in fine ſpondeum pro iambo quod hipponacteum nominatur: alij claudum appellant. Indifferenter autem pręterq̄ in vltimo Proceleuſmaticum admittit pariter et tribrachum: ſi modo ex aliis vnus vel antecedat vel ſubſequatur: ne ſit perpetuo ex longis aut breuibus.



es dela compania del ... [illegible]

BIBLIOTECA PROVINCIAL ... ORIA

## In amphitryonis argumentum.

AMphitryo profectus in hoſtes teleboas: grauidam ex ſe reliquit vxorē
alcmenam:cuius amore captus Jupiter verſus in formā eius abſentis
coniugis:fingit ab exercitu noctu rediiſſe. Illam comprimit:moremqꝫ gerit ſi
bi:noxqꝫ illa iouis iuſſu facta longior. Mercurius vt ſuo ſeruiret patri ſummo
ioui:ſerui amphitryonis ſoſię coepit imaginem.horum alcmena deluditur do
lis:fitqꝫ rurſus ex ioue grauida. interim victor hoſtium rediens amphitryo
domum pręmittit ſoſiam: vt nunciet vxori reditum. is offendit mercurium in
ꝙ ſibi ſimilem ſeruum.ambo rixantur inuicē:a mercurioqꝫ excluditur domo.
id idem contingit redeunti domum amphitryoni:quem vxor rata ſe ab illo de
ludi ſatis inclęmenter accipit:fitqꝫ illi obuius pro amphitryone iupiter : ſicqꝫ
fruſtratur ab vxore atqꝫ ab ioue ſimul : fiuntqꝫ gemini amphitryones ⁊ ſoſię.
Tandem arbiter acceſſitur blepharo:vter eorum verus eſſet amphitryo recte
vt diſcerneret.obſtupuit ille ⁊ certi nihil proferens abiit.interea tempus pariē
di cū afforet:alcmena ex ioue atqꝫ ex viro geminos vno enixu parit. horum al
ter qui poſtmodum dictus hercules ex ioue genitꝰ: nam ex amphitryone iphi
clus:binos enecat angues manu.igitur iupiter vt mulierem inſontem oſten-
deret:quam vir inſimulauerat probri:magnū intonuit: rem profeſſus vt erat.
iubet igitur reconcilliari viro coniugem.

## In argumentum aſinarię.

ARgyrippus adoleſcens mulierē deperibat philenium:cuius clereta mater
ſagax lena vt ab illo eliceret pecuniam: vetuerat amantes amoribꝰ ſuis
conſueſcere. adoleſcentis pater demenetus ſuo indulgēs filio:vt meretrici tra
dat vult ei pecuniā dari. ſeruū igitur libanū monet vndecunqꝫ vt poteſt ſurri-
piat:atriēſem circunducat ſaureā : arthemonā cuius ſub imperio viuebat vxo
rem fallat:libanus conſeruū leonidam conuenit. rem aperit:opportune ſimul
confingunt fallaciā. aduenerat mercator daturus pro emptis aſinis : vnde co
moedia nomen inuenit pecuniam:quam ſe ſoluturū aiebat atrienſi ſaureę:quē
rei familiari arthemona pręfecerat:ſimulat leonidas ſe atrienſem : ſuadet liba
nus mercatori:leonidę argentū vt dinumeraret: aſſentitur demenetus recte ſo
lutum preciū:igitur receptę dantur mulieri viginti minę: ob id demeneto pa-
tri priorē noctē cedit filius:paratur conuiuiū:ſenex:adoleſcens:ac meretrix ac
cumbunt ſimul:interim hęc diabolus riualis reſciens:qui iam fuerat per an-
num pactus eam ſibi meretriculam datum iri: demenetum ſcortari ⁊ filiū vxo
ri eius arthemonę per paraſitum nunciat : vxor adueniens virum conuiciis
agit ⁊ e ganeo extrudit domum.

## In aulularię argumentum.

AUarus ſenex non ſatis ſibi fidens euclio ⁊ aulā auri plenā tenet deffoſſā
domi:a qua aulularia dicta eſt comoedia: huic erat vnica filia virgo nu-
bilis: quā lyconides adoleſcens ſtuprauerat cereris vigiliis: hac adoleſcentis

mater eunomia hortatur ſuũ megadorũ fratrem vt ducat vxorem ſn dotatam
virginem: quã probis moribus ſciuerat ⁊ honeſtis ortam parentibus: ſuaſus
megadorus euclionem conuenit: illius petit filiem ſibi dari: diu veritus euclio
ne propter affinitatem ineat: rem differt: concedit tandem: parantur nuptię:
quę cũ reſciſſet lyconides ſtrophylum mittit ſeruum obſeruaturum ſingula: is
dum ex occulto ſpectat: euclionẽ e domo qui aſportarat aulã: videt eam locare
in templo fidei: ⁊ cum ſe viſum forte ſuſpicaretur: rurſus e fidei fano defoſſam
locare in ſiluani luco: quã vbi ſeceſſit ille: ſtrophylus illico ſurripuit: ſed ille re
diens ſurreptũ ſibi vbi nouiſſet aurũ: clamitat vociferatur queq; perconctatur
obuiũ: interim queſiuerat per matrem lyconides vt confectas cum megadoro
nuptias infectas redderet: factuſq; is euclioni obuius: puellã ex ſe grauidam
palam facit: itidem ille ſibi ſurreptam aulam: quã vbi ſtrophylũ abſtuliſſe re
ſciuit aurum euclioni redditur: vxorq; filia traditur lyconidi.

### In argumentum captiuorum.

FIlios habebat duos ętolus ciuis egio: quorũ natu maior philopolemus
alter vocatur pęgnius. hunc quadrimũ ſeruus ſtalagmus ſurripit cui
damq; theoromedi polyplуſio fugiens vendidit in aulide: hic empto ſeruo fi=
lium donat philocratem eiuſdem ętatis puerum: pęgnioq; inditur nomẽ Tyn
darus: cũq; aulidenſes bellarentur cum ętolis captus in pugna eſt alter egio=
nis filius dictus philopolemꝰ vendituſq; cuidam menarcho medico: cũq; ſors
vices redderet: capti pariter ſunt ex aulidenſibus iidem philocrates ⁊ Tyn=
darus: egio vt ſuum redimeret captum filiũ mercatur ex pręda hos captiuos
duos: a quibus nomẽ ſibi aſciuit comoedia: hoc pacto neſcius emit quadrimũ
iam ſurreptum filium: iſq; ſuo patri ignarus ſeruitutem ſeruit. ambo hi conue
niunt vt ſuum cõmutent habitum ⁊ nomina: dicaturq; philocrates tyndarꝰ. ⁊
tyndarus philocrates. verum quęrens egio redimere ex aulide philopolemũ
filium illuc mittit philocratem pro tyndaro: neſcius eius quem confixerunt do
li: cũq; per ariſtophontem aulidenſem captum reſciuiſſet confictam fallaciam
tyndarũq; pro philocrate relictum domi: illum compeditum ſeruat in lapidi=
cinis: eũq; miſeris agit modis: interim ex aulide redit philopolemus cũ phi=
locrate: ſecũq; ducunt ſtalagmũ fugitiuũ ſeruũ: cuius confeſſione noſcitur tyn
darum captiuum eſſe egionis filium.

### In argumentum curculionis.

INgenuam cappadox leno ſurreptã emerat tenebatq; domi virginẽ plane
ſium hanc phędromus adoleſcens deperibat: ⁊ cũ ei pecunia deeſſet quã
pro muliere lenoni traderet curculionem paraſitum mittit in cariam: ab ami=
co argentũ mutuum vt ſumeret: ibi forte terapontigonum militẽ offendit. ſer
uus ei refert miles in epidauro ab eodẽ lenone puellã emiſſe. xxx. minis: quę
eius tamen ſoror erat nec nouerat: pactũq; cum lenone eſſe ibi miſiſſet litteras
lenoni trapezite ſuo obſignatas anulo: ab illo pro muliere pecuniam reciperet
ac puellã traderet: ad coenã accerſit curculionẽ miles: ille non inuitus annuit:

talos poſtꝙ coenati ſunt ſumunt in manus: miles deponit anulum: ille opponit palium: propinat curculio poculum militi: quo epoto edormiſcit miles: hic illi e manu furtim anulum ſurripit: aufugit citus: epidaurum reuertitur: herũ phędromũ conuenit: narrat quo pacto militem luſerit in alea: confingunt atqꝫ obſignant litteras: conuenit trapezitã curculio atqꝫ lenonẽ ſimul: fingit ſe ſumanũ vocari: trapezita vbi videt obſignatas tabellulas: argentũ lenoni dat: illeqꝫ mulierem curculioni: quã phędromus nãciſcitur: miles experectus vbi videt ſe deluſum epidaurũ venit. cognouit dolos mulierẽqꝫ amiſiſſe ⁊ aurũ: fiunt contentiones inter trapezitam lenonẽ ⁊ militem: reqꝫ cognita rurſus cum phędromo ac paraſito rixę fiunt. Tandẽ planeſium paternũ quẽ ſurripuerat curculio agnoſcit anulum: milesqꝫ ex quo eius agnoſcitur frater: virgoqꝫ ꝗ pacto ſit ſurrepta paruula: lenonem cogunt receptam pro muliere reddere pecuniam: phędromoqꝫ poſcenti vxor puella traditur.

In caſinę argumentum.

STalino ſenex puerqꝫ filius amabant caſinã quam domi habebant puellam olim expoſititiã: verebatur vxorem ſenex: adoleſcens patrem: pater allegat olympionem villicum: filius chalinum: vterqꝫ petit ſibi eam vxorem dari: filium ne impedimento ſit peregre ablata pater: cleoſtrata ſenis vxor re percepta fauet abſenti filio chalinoqꝫ ſeruo: ſenex contra villico: cõueniunt vt cui ſors obtigerit: vxor puella tradatur: adiuuatur ſorte ſenex: ac villicus olympio: parantur nuptię: rogat ſenex vicinũ alceſimum vt priuſꝙ rus mittatur noua nupta domũ ſibi cõmodet vt puella liceat nocte potiri: id ęgre ferẽs cleoſtrata ac chalinus pariter quęrũt vtroſqꝫ dolis fallere: pro muliere ſubornat᷑ chalinus. manetqꝫ amatores in vicini domo: olympio qui primas vices conatus eſt ſurripere calcibus ⁊ pugnis plectitur a chalino: ſenex itidem adiens peſſimis agitur modis: reqꝫ palam facta habetur ludibrio ſenex. poſtremo cognita caſina vicinę filia vxor traditur ſenis amanti filio.

In ciſtellarię argumentum.

DEmipho lemnius profectus in ſycionẽ: mulierẽ ibi phanoſtratam comprimit: quę grauida puellã parit: eam dum ſeruus lampadiſcꝰ exponit: a muliere lena ſuſcipit᷑ meretriciqꝫ traditur melenidi: quã pro filia educat: eiqꝫ nomen indidit ſileniũ: cuius amore adultę alceſimarcus capitur. demipho phanoſtrata relicta lenum redit: vxorẽ conciuem capit: ex qua alteram ſibi ſuſcipit filiam: moritur vxor: is in ſycionẽ reuertitur phanoſtratam ducit coniugem: ea ſibi reuelat per cõem ſeruum expoſititiam filiam: accerſitur ſeruus qui pro ieceerat: is it queſitum lenam quę puellam ſuſtulerat: interea melenis reſciens quibus eſſet puella parentibus: vltro hortatur ad patrios vt redeat lares: ſed dum it ab ancilla haliſca: quã geſtabat excidit in vias ciſtellulla: in qua puellę inerant quibus cum fuerat expoſita: crepundia: inuentam ciſtellam lampadio defert phanoſtratę ⁊ ob hoc ciſtellaria comoedia nomen habet: agnoſcit filię crepundia: quam inuentam ⁊ agnitam ſuus alceſimarcus nanciſcitur.

## In argumentum epidici.

ATheni enſis periphanes mulierē comprimit epidauri: ex ea ſuſcipit filiā:
quę vrgente bello hoſtium fit pręda: filius huius ſtratiphocles inſcio pa
tre amabat fidicinam: cumqꝫ ei opus eſſet pecunia quā lenoni traderet: Epidi
cus ſeruus opportune confingit fallaciam: ſuadet periphani hanc redimi pro
filia: hoc pacto ſenex mulctatur pecunia: domi habetqꝫ pro filia fidicinā. Stra
tiphocles domum rediens exercitu prioris amoris immemor mercatur inge=
nuam virginem ex hoſtium pręda: hęc erat ea periphanis filia iam hoſtiū po=
tita. Sicqꝫ ſororem inſcius pro captiua redemit: cuius amore captus vrget epi
dicum inuentis opus eſſe quadraginta minis: daniſtę vt dentur pro mercata
virgine. mox epidicus nouum eſt conſilium nouum cōmentus dolum: herum
periphanem conuenit: nunciat aduentare filium: illumqꝫ deperire fidicinam:
pro qua daturus pecuniam eſt vt emittatur manu. pater timens filio a ſeruo
ex petit conſiliū: ille vafer ſuadet ſenex prior fidicinaꝫ emat: fruſtrabiturqꝫ hoc
pacto adoleſcēs ſuis amoribus: polliceturqꝫ de empta virgine futurum lucrū:
venturum enim militem inquit multa pecunia qui puellam redimat. placet cō
ſilium ſeni: dat ſeruo petitos nummos: qui poſtremo dantur pro credita fidi=
cina: epidicuſqꝫ vt rei fidem faciat conductam aliam precio fidicinaꝫ pro empta
ſubiicit. Interim aduenit miles amore illectus prioris fidicinę quam peripha
nes emerat pro filia: ea ſibi popoſcit dari: periphanes eam ratus quam ſeruus
poſtremo emi ſuaſerat: vltro conſentit militi: qui dum ſuam non eſſe aſſeuerat:
eam tandem inueniunt non emptam ſed conductam precio: doluſqꝫ hoc pacto
detegitur epidici: poſtremo ex epidauro mulier adiens quęſitura captiuam fi
liam incidit in periphanem. agnoſcunt ſe inuicem: is reuelat eſſe redemptam
cōmunem filiam quā mulier cupiens amplexari ſuam negat eſſe vt vidit gna
tam: ſicqꝫ pro filia inuenitur empta fidicina. Periphanes ira percitus perde=
re quęrit epidicum: ſed ille dum intuetur emptam poſtremo puellā nouit heri
lem eſſe filiam: indicat ſtratiphocli inuentam ſororē ⁊ agnitam. Rerum haruꝫ
inſcius periphanes incidit in epidicum: minatur ſupplicium ob fictos dolos:
is vltro prębet ligandas manus. Tandem re cognita emptā poſtremo herilē
eſſe natam: epidicus ſeruus: cuius factuꝫ hoc obuenerat opa: libertate donat.

## In bacchidis argumentum.

MNeſilochus iuſſu patris iturus epheſum: ab amico archidemide rece
pturus pecuniam: rogat ſodalem piſtoclerū ſibi adinuentam procuret
amicam bacchidem. is dum ſodali ſuo morem gerit: irretitur alterius amore
bacchidis. duę ſi quidē erant hę ſorores cognomines: a quibus datū eſt nomē
comoedię. Rediens in patriam mneſilochus cum ſeruo chryſalo ſimul conſti
tuunt partem exactę tradere pecunię: reliquā in amorum vſum cōſumere. ⁊ vt
patrē nicubolū fallat: fingit per ſeruū a piratis aggreſſos apud ſacerdotē theo=
timū ob metū id poſuiſſe reliquū. ſed forte monitus a lydo ſodalis a ſeruo pi=
ſtoclerum depire bacchidem: ratus eam amicā ſuam iratus ſibi ſubleſtam eſſe
fidem: omnē patri reddidit pecuniā. deinde reſciēs vt ſodalis alterā delegerat:

alterã comparat ſibi: dolet afflictaturqꝫ miris modis. cũqꝫ ſibi forẽt opus du-
centis nũmis a milite cleomacho amicã vt redimeret: rogat chryſalum r urſuꝫ:
vt patrẽ dolo aggrediatur: ⁊ pecunia mulctet. Aſtu plenꝰ chryſalus ſenem con
uenit: amare dicit filium vxorẽ militis: qui aduenieus mneſilocho minatur in
teritum: ni vel mulier: vel illi reddantur ducenti nũmi. pater metuẽs ſuum ne
vlciſatur ille totum ſpondet vltro militi nũmos: ⁊ rurſum rogatu filij alios du
centos mittit quos det mulieri pollicitos vt iuſiurandum ſoluat: quos nihilo-
minus amator pergrecãdo cõſumpſit. at nicobulus a milite factus certior mu-
lierem eam ſuã eſſe pellicẽ non vxorem: excandeſcit mirum in modum conue-
nit piſtocleri patrem philoxenem. rem omnem aperit ambo vt filij ſcortentur
vnam: adeunt bacchides. ille ſenes conſpicatę prius ludificant poſtremo blan
diuntur: tandem ſimul cum filijs illecti cum ſcortis accubant.

In moſtellarię argumentum.

AMicam philocomaſium vt emittat philolaches manu patre abſente teu
ropide ab daniſta ſumit nũmos foenore: adſcitoqꝫ callidamãte amorũ ſo
cio ſcortantur ſimul: redeunti in patriã teuropidi: ne domi deprehendat per-
grecantem filium: fit obuius ſeruus tranio fingit ędes terrificis vexari mon-
ſtris: filiũqꝫ propterea emiſſe vicini domũ: ⁊ vt fictę fallacię fidem faciat: rogat
vicinum ſimonẽ teuropidi concedat eius vt inuiſat domum ad cuius exemplũ
dicit ſe velle ędificaturũ gynecium: aſſentitur ſimo: ducitur teuropides tanq̃
emptas in proprias ędes: aduenit interim daniſta petit ſibi ſortẽ ⁊ foenus da
ri: hero ſeruus ſimulat pecuniã ſumptam ꝓ ędibus: fidem habet teuropides
confictis dolis donec a callimantis ſeruis edoctus agnoſcit ſe deluſum a ſeruo:
quẽ dum vlciſci querit at rogatur ſeruo ſuoqꝫ ignoſcat filio: ſenex precibus de
linitus vtriſqꝫ remittit nexam.

# Plauti Comici clariſſ. Amphitryo.

## Argumentum.

IN faciem uerſus Amphitryonis Iupiter
Dum bellum gereret cum Telebois hoſtibus:
Alcumenam uxorem cepit uſurariam.
Mercurius formam ſoſiæ ſerui gerit
Abſentis. his alcumena decipitur dolis.
Poſtquam rediere ueri Amphitryo & ſoſia:
Vterq; deluduntur dolis mirum in modum.
Hinc iurgium: tumultus uxori & uiro:
Donec cum tonitru uoce miſſa ex æthere
Adulterum ſe Iupiter confeſſus eſt.

## Argumentum aliud.

AMore captus alcumenæ Iupiter
Mutauit ſeſe in formam eius coniugis:
Pro patria amphitryo dũ cernit cũ hoſtibus.
Habitu mercurius ei ſubſeruit ſoſiæ.
Is aduenientis ſeruum & dominum fruſtra habet.
Turbas uxori ciet Amphitryo: atq; inuicem
Raptant pro mœchis. Bleparo captus arbiter
Vter ſit: non quit Amphitryo decernere.
Omnem rem noſcũt. geminos alcumena enititur.

## Prologus Mercurius.

VT uos in uoſtris uoltis mercemoniis
Emundis uendundiſq; me lætum lucris
Afficere: atq; adiuuare in rebus omnibus:
Et ut res rationeſq; ueſtrorum omnium
Bene expedire uultis peregriq; & domi
Bono atq; amplo auctare perpetuo lucro:
Quaſq; incepiſtis res quaſq; inceptabitis:
Et uti bonis uos ueſtroſq; omnis nunciis
Me afficere uultis: ea afferam: ea ut nunciem:
Quæ maxime in rem noſtram communem ſient:
Nam uos quidem iam ſcitis conceſſum & datum
Mihi eſſe ab diis aliis nunciis præſim & lucro:
Hæc ut me uultis approbare adnitier:
Lucrum perenne uobis ſemper ſuperet:
Ita huic facietis fabulæ ſilentium.

Itaq; æqui & iuſti hic eritis omnes arbitri.
Nunc cuius iuſſu venio:& quambrem venerim:
Dicam: ſimulq; ipſe eloquar nomen meum.
Iouis iuſſu venio:nomē mercurii eſt mihi.
Pater huc me miſit ad vos oratum meus
Tametſi pro imperio vobis quod dictum foret:
Scibat facturos: quippe qui intellexerat
Vereri vos & ſe metuere:ita vt æquum eſt Iouem.
Verum profecto hoc petere me precario
A vobis iuſſit leniter dictis bonis.
Etenim ille cuius huc iuſſu venio Iupiter:
Non minus quam voſtrum qui vis formidat malum
Humana matre natus humano patre.
Mirari non eſt æquum ſibi ſi prætimet.
Atq; ego quoq; & qui Iouis ſum filius:
Contagione meæ matris metuo malum.
Propterea pacem aduenio: & pacem ad vos affero:
Iuſtam rem & facilem eſſe oratum a vobis volo.
Nam iuſte ab iuſtis iuſtus ſum orator datuſ.
Nam iniuſta a iuſtis impetrari non decet.
Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt:
Quippe illi.'iniqui ius ignorant: neq; tenent.
Nunc iam huc animum ad ea quę loquar aduertite.
Debetis velle quę velimus.meruimus
Et ego & pater de vobis & republica.
Nam quid ego memorem:vt alios in tragœdiis
Vidi neptumnum. virtutem.victoriam.
Martem.bellonam commemorare:quę bona
Vobis feciſſent: quis benefactis meus pater
Deorum regnator architectus omnibus.
Sed mos nunquam illi fuit patri meo:
Vt exprobraret quod bonis faceret boni.
Gratum arbitratur eſſe id a vobis ſibi:
Meritoq; vobis bona ſe facere quę facit.
Nunc quam rem oratum huc veni:primū proloquar.
Poſt argumentum huius eloquar tragœdię.
Quid contraxiſtis frontem:quia tragœdiam
Dixi futuram hanc! deus ſum,commutauero

Eandem hanc: ſi voltis: faciam ex tragœdia
Comœdia vt ſit omnibus iiſdem verſibus.
Vtrum ſit an non voltis? ſed ego ſtultior
Quaſi neſciam vos velle qui diuus ſiem.
Teneo quid animi voſtri ſuper hac re ſiet.
Faciam vt commixta ſit tragico comœdia.
Nam me perpetuo facere vt ſit comœdia:
Reges quo veniant & dii: non par arbitror.
Quid igitur? quoniam hic ſeruos quoq; pares faciã:
Sit perinde vt dixi tragico comœdia.
Nunc hoc me orare a vobis iuſſit Iupiter:
Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia
Eant per totam caueam: ſpectatoribus
Si cui fautores delegatos viderint:
Vt his in cauea pignus capiantur togę.
Siue qui ambiſſent palmam hiſtrionibus:
Siue quoiquam artifici: ſiue quid ipſe ambiſſet.
Siue per internuncium: ſeu per ſcriptas litteras:
Siue adeo ędiles perfidioſe cui duint:
Non ſi ſimilem rem: ipſe in legem iuſſit eſſe Iupiter:
Quaſi magiſtratum ſibi alteriue ambiuerit.
Virtute dixit uictores viuere
Non ambitione neq; perfidia. qui minus
Eadem hiſtrioni ſit lex: quę ſummo viro?
Virtute ambire oportet non fautoribus.
Sat habet fautorum ſemper: qui recte facit.
In illis fides eſt: quibus eſt ea res in manu.
Hoc quoq; etiam mihi in mandatis dedit:
Vt conquiſitores fierent hiſtrionibus:
Qui ſibi mandaſſent delegati vt plauderent:
Quiue quo placeret alter: feciſſet minus:
Eius ornamenta & corium vti conciderent.
Mirari nolim vos qua propter iupiter
Nunc hiſtriones curet. ne miremini.
Ipſe hanc acturus eſt Iupiter comœdiam.
Quid admirati eſtis? quaſi vero nouum
Nunc proferatur iouem facere hiſtrioniam.
Etiam hiſtriones nanio cum proſcenio hic

Iouem inuocarunt: uenit. auxilio is fuit.
Præterea certo prodit ni tragœdia.
Hanc fabulam inquam hic iupiter hodie ipſe aget:
Et ego una cum illo. nunc animum aduertite:
Dum huius argumentum eloquar comœdiæ.
Hæc urbs eſt thebæ. in illiſce habitat ædibus
Amphitryo natus argis ex argo patre:
Qui cum alcumena eſt nupta electri filia.
Is nunc amphitryo profectus eſt legionibus.
Nam cum telebois eſt bellum thebano populo.
Is priuſquam hinc abiit ipſemet in exercitum:
Grauidam alcumenam uxorem fecit ſuam.
Nam ego uos nouiſſe credo iam: ut ſit pater meus:
Quam liber harum rerum multarum ſiet:
Quantuſq; amator ſiet: quod complacitũ eſt ſemel.
Is amare occepit alcumenam clam uiro:
Vſuramq; eius corporis cepit ſibi:
Et grauidam fecit is eam compreſſu ſuo.
Nunc de alcumena ut rem teneatis rectius:
Vtrinq; eſt grauida & ex uiro & ex ſummo ioue.
Meus & pater nunc intus cum illa cubat.
Et hæc ob eam rem nox eſt facta longior:
Dum illa qua cum uult uoluptatem capit:
Sed ita aſſimilauit ſe quaſi amphitryo ſiet.
Nunc ne hunc ornatum uos meum admiremini:
Quod ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchema:
Veterem atque antiquã rem nouã ad uos proferã:
Propterea ornatus in nouum inceſſi modum.
Nam meus pater intus nunc eſt. eccum. Iupiter
In amphitryonis uertit ſeſe imaginem:
Omneſque eum eſſe cenſent ſerui: qui uident.
Ita uerſipellem ſe facit quando lubet.
Ego ſerui ſumpſi ſoſiæ mihi imaginem:
Qui cum amphitryone abiit hinc in exercitum:
Vt præſeruire amanti meo poſſem patri:
Atque ne qui eſſem: familiares quærerent:
Verſare crebro hic quum uiderent me domi.
Nunc quum eſſe credent ſeruum & conſeruũ ſuũ:

Haud quiſquam quęret qui ſiem:aut quid venerim.
Pater nunc intus ſuo animo morem gerit.
Cubat complexus:cuius cupiens maxime eſt.
Quæ illi ad legionem facta ſunt memorat pater
Meus alcumenæ.illa illum cenſet virum
Suum eſſe:quæ cum mœcho eſt.ibi nūc meus pater
Memorat legiones hoſtium vt fugauerit.
Quo pacto ſit donis donatus plurimis.
Ea dona quæ illic amphitryoni ſunt data:
Abſtulimus.facile meus pater quod vult:facit.
Nunc hodie amphitryo veniet huc ab exercitu
Et ſeruos:cuius ego hanc fero imaginem.
Nunc internoſſe vt vos poſſitis facilius:
Ego has habeo vſq; in petaſo pinnulas.
Tum meo patri autem torculus inerit aureus
Sub petaſo.id ſignum amphitryoni non erit.
Ea ſigna nemo horum familiarium
Videre poterit:verum vos videbitis.
Sed amphitryonis illic eſt ſeruos ſoſia.
A portu illic nunc cum laterna aduenit.
Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus.
Adeſt.ferit.opere precium hic ſpectantibus
Iouem & mercurium facere hiſtrioniam.

Soſia. Mercurius.

QVui me alter eſt audacior homo? Aut qui confidentior?
Iuuentutis mores qui ſciam:qui hoc noctis ſolus ambulē.
Quid faciam nunc:ſi tres viri me in carcerem compegerint:
Inde cras e promptaria cella depromar ad flagrum:
Nec cauſam liceat dicere mihi:neque in hero quicq̄ auxilii ſiet?
Nec quicquam ſit:quin me omnes eſſe dignum deputent?
Ita quaſi incudem me miſerum homines octo validi cædant.
Ita peregre veniens hoſpitio publicitus accipiar.
Hæc heri īmodeſtia coegit me:q̄ hoc noctis a portu īgratis excita(uit.
Non ne idem hoc luci me mittere potuit?
Opulento homini hæc ſeruitus dura eſt.
Hoc magis miſer eſt diuitis ſeruos.
Nocteſque dieſque aſſiduo ſatis ſuperque eſt:
Quo facto aut dicto adeſt opus:quietus ne ſis.



BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Ipſe dominus diues operis & laboris expers
Quodcunque homini accidit:libere poſſe retur.
Aequum eſſe putat.non reputat laboris quid ſit.
Nec æquum an ne iniquum imperet: cogitabit.
Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua.
Habendum & ferendum hoc opus eſt cum labore.
Me. Satius eſt me q̄ri nullo mō ſeruitutē hodie: q fuerim liber:
Eā nunc potius pater ſeruitutis hic qui verna nat⁊ eſt:queritur.
Sum. Verbo verna.So. nunc vero mihi in mente fuit.
Dis aduenientem gratias pro meritis agere: atq; alloqui
Ne illi ędepol ſi merito meo referre ſtudeant gratias:
Aliquē hominem allegent: qui mihi aduenīti os occillet prob
Quoniā bene quę in me fecerint:ingrata ea habui:atq; irrita.
Me. Facit ille q̄ vulgo haud ſolēt;vt quid ſe ſit dignum ſciat.
So. Quod nunq̄ opinatus fui:neq; alius quiſquam ciuium:
Sibi euenturum id contigit:vt ſalui potiremur domi
Victores.victis hoſtibus legiones reueniunt domum
Duello extincto maximo:atq; internectis hoſtibus.
Quod multa thebano populo acerba obiecit funera.
Id vi & virtute militum victum atq; expugnatum oppidum eſt
Imperio atq; auſpicio heri mei amphitryonis maxime.
Præda atq; agro adoreaq; affecit populares ſuoſ:
Regiq; thebano creonti regnum ſtabiliuit ſuum.
Me a portu pręmiſit domum:vt hæc nunciem vxori ſuę.
Vt geſſerit rempublicam ductu.imperio.auſpicio ſuo.
Ea nunc meditabor quo modo illi dicam:quum illo aduenero.
Si dixero mendacium:ſolens meo more fecero.
Nam quum pugnabant maxime: ego fugiebam maxime.
Veruntamen quaſi adfuerim:ſimulabo:atq; audita eloquar.
Sed quo modo & verbis quibus me deceat fabularier:
Prius ipſe mecum etiam volo hic meditari.ſic hoc proloquar.
Principio vt illo aduenimus:vbi primo terram tetigimus:
Continuo amphitryo delegit viros primorum principes.
Eos legat telebois.iubet ſententiam vt dicant ſuam.
Si ſine vi & ſine bello velint rapta & raptores tradere:
Si quę aſportaſſent redderent: ſe exercitum extemplo domum
Reducturum:abituros agro argiuos:pacem atq; ocium
Dare illis.ſin aliter ſient animati:neq; dent quę petat;

Seſe igitur ſumma vi viriſq; eorum oppidum expugnaſſere.
Hęc vbi telebois ordine iterauerunt: quos pręfecerat
Amphitryo: magnanimi viri freti virtute & viribus
Superbi nimis security legatos noſtros increpant.
Reſpondent bello ſe & ſuos tutari poſſe. proinde vti
Propere de ſuis finibus exercitus deducerent.
Hęc vbi legati pertulere: amphitryo caſtris illico
Producit omnem exercitum. contra teleboę ex oppido
Legiones educunt ſuas nimis pulchris armis prędítas.
Poſtquam vtrinq; exitum eſt maxima copia:
Diſpartiti viri: diſpartiti ordines.
Nos noſtras more noſtro & modo inſtruximus legiones: item
Hoſtes contra legiones ſuas inſtruunt.
Deinde vtriq; imperatores in medium exeunt.
Extra turbam ordinum colloquuntur ſimul.
Conuenit victi vtri ſint eo pręlio:
Vrbem. agrum. aras. focos. ſeque dederent.
Poſtquam id actum eſt: tubę vtrinq; canunt. contra
Conſonat terra. clamorem vtrinq; efferunt.
Imperator vtrinq; hinc & illinc Ioui
Vota ſuſcipere. hortari exercitum
Pro ſe quiſq;. id quod quiſq; poteſt & valet:
Edit. ferro ferit. tela frangunt. boat
Cœlum fremitu virum & ſpiritu atq; anhelitu.
Nebula conſtat. cadunt vulneris vi & virium.
Deniq; vt volumus: noſtra ſuperat manus.
Hoſtes crebri cadunt. noſtri contra ingruunt. vicimus vi feroces.
Sed fugam in ſe tamen nemo conuertitur:
Nec recedit loco: quin ſtatim rem gerat.
Animum omittunt: priuſquam loco demigrent.
Quiſq; vt ſteterat iacet: obtinetq; ordinem.
Hoc vbi amphitryo herus conſpicatus eſt:
Illico equites iubet dextera inducere.
Equites parent citi. ab dextera maximo
Cum clamore inuolant impetu alacri.
Fœdant & proterunt hoſtium copias iure iniuſtas
Me. Nunq; et iā quicq; adhuc verborum eſt prolocut? perperā.
Nāq; ego fui illic in re pręſenti: & meus quum pugnatuſt pater.

So. Perdulles penetrant ſe in fugam.ibi nr̄is animus additus eſt.
Vertentibus telebois telis complebantur corpora.
Ipſuſq; amphitryo regem pterelam ſua obtruncauit manu.
Hæc illic eſt pugnata pugna vſq; a mane ad veſperum.
Hoc adeo commemini magis: quia illo die impranſus fui.
Sed prælium id tandem diremit nox interuentu ſuo.
Poſtridie in caſtra ex vrbe ad nos veniunt flentes principes
Velatibus manibus.orant ignoſcamus peccatum ſuum.
Deduntq; ſe diuina humanaq; omnia.vrbem.& liberos
In dicionem atq; in arbitratum cuncti thebano populo.
Poſt ob virtutem hero amphitryoni patera donata eſt aurea:
Qui pterela potare rex ſolitus eſt.hæc ſic dicam heræ.
Nunc pergam heri imperium exequi:& me domum capeſſere.
Me. At at illic illuc iturus eſt.ibo ego illi obuiam.
Neq; ego hunc hominem hodie ad ædis has ſinā unq̄ accedere.
Quando imago eſt huius in me: certum eſt hominem eludere.
Et enim vero quoniam formam cepi huius in me & ſtatum:
Decet & facta moreſq; huius habere me ſimiles item.
Itaq; me malum eſſe opotet.callidum.aſtutum admodum:
Atq; hunc telo ſuo ſibi malicia ſua a foribus pellere.
Sed quid illuc eſt? cœlum aſpectat.obſeruabo quam rem agat.
So. Certe ædepol ſcio: ſi quicq̄ eſt aliud qđ credā aut certo ſciā:
Credo ego hac noctu nocturnum obdormiuiſſe ebrium.
Nam neq; ſe ſeptentriones quoquam in cœlo commouent.
Neq; ſe luna quoquam mutat: eſtq; vti exorta eſt ſemel.
Nec iugulæ:nec veſperugo:neq; vergiliæ occidunt.
Iſta ſtatim ſtant ſigna:neq; nox quoquam concedit diei.
Me. Perge nox vt occœpiſti:gere patri morem meo.
Optume optumo optumam operam das.datam pulchre locas.
So. Neq; ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo:
Niſi item vnam verberatus quam pependi perpetem.
Eam quoq; ædepol etiam multo hæc vincit longitudine.
Credo ædepol equidem dormire ſolem atq; appotum probe.
Mira ſunt niſi inuitauit ſeſe in cœna pluſculum.
Me. Ain vero verbero? deos eſſe tui ſimiles putas?
Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis furcifer
Accipiam:modo ſis veni huc:inuenies infortunium.
So. Vbi ſunt iſti ſcortatores qui ſoliti inniti cubant?

Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto male.
Me. Meus pater nunc pro huius verbis recte & ſapienter facit:
Qui complexus cum alcumena cubat amans animo obſequenſ.
So. Ibo vt herus quod imperauit alcumenæ nunciem.
Sed quis hic eſt: quē ante ædis video hoc noctis? non placet.
Me. Nullus eſt hoc meticuloſus æque. So. quē? in mētem venit.
Illic homo hoc denuo volt pallium detexere.
Me. Timet homo. deludam ego illum. So. pol dentes pruriunt.
Certe aduenientem hic me hoſpitio pugnæ accepturus eſt.
Credo miſericors eſt nunc. propterea quod me meus herus
Fecit vt vigilarem: hic pugnis faciet hodie vt dormiam.
Oppido interii. obſecro hercle quantus & quam validus eſt.
Me. Clara vorſum fabulabor. hic auſcultet quæ loquar.
Igitur magis modum maiorem in ſeſe concipiet metum.
Agite pugni. iam diu eſt quod ventri victum non datis.
Iam pridem videtur factum heri: quod homines quattuor
In ſoporem collocaſtis nudos. So. formido male:
Ne ego hic nomen meum commutem: & quintus fiam e ſoſia.
Quattuor viros ſopori ſe dediſſe hic autumat.
Metuo ne numerū augeam illū. Me. hem nūciam ergo ſic molo.
So. Cingitur. certe expedit ſe. Me. non feret quin vapulet.
So. Quis homo? Mer. quiſquis hō hnc venerit: pugnos edat.
So. Apage non placet me hoc noctis eſſe. cœnaui modo.
Proinde tu iſtam cœnam largire ſi ſapis eſurientibus.
Me. Haud malū huic eſt pōdus pugno. So. pii. pugnos pōderat.
Me. Quid ſi ego illū tractim tāgam: vt dormiat. So. ſeruaueris.
Nam continuas has tris noctes peruigilaui. Me. peſſumum eſt
Facinus: nequiter ferire malam male diſcit manus.
Alia forma eſſe oportet: quem tu pugno leſeris.
So. Illic homo me interpolabit: meumq; os finget denuo.
Me. Exoſſatum os eſſe oportet: quem probe percuſſeris.
So. Mirum ne hic me quaſi muræan exoſſare cogitat.
Vltro iſtic qui exoſſat homines: perii ſi me aſpexerit.
Me. Olet homo quidam malo ſuo. So. hei nunquam oboluí.
Me. Atq; haud longe abeſſe oportet. So. at longe hic abfuit.
Me. Illic homo ſuperſtitioſus eſt. geſtiunt pugni mihi.
So. Si in me exerciturus: quæſo in parietem vt primum domes.
Me. Vox mihi ad aures aduolauit. So. næ ego homo infœlix fui:

Qui non alas interuelli. volucrum vocem geſtito.
Me. Illic homo a me ſibi malam rem arceſſit iumento ſuo.
So. Nō eqdē vllū habeo iumētū. Me. onerādus eſt pugnis probe.
So. Laſſus ſum hercle: e naui vt vectus huc ſum. ēt nūc nauſeo.
Vix incedo inanis: ne ire poſſe cum onere exiſtimes.
Me. Certe enī hic neſcio qs loquitur. So. ſalu⁹ ſum. nō me videt.
Neſcio quem loqui autumat. mihi certo nomen ſoſia.
Me. Hinc enim mihi dextera vox auris vt videtur verberat.
So. Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem: quę hūc verberat.
Me. Optume. eccum incedit ad me. So. timeo. totus torpeo.
Non ędepol nunc vbi terrarum ſim ſcio: vbi roget.
Neq; miſer me commouere poſſum prę formidine.
Illic enim mandata heri perierunt vna & ſoſia.
Verum certo eſt confidenter hominem contra colloqui:
Igitur qui poſſim videri huic fortis: a me vt abſtineat manum?
Me. Quo ambulas tu qui vulcanum in cornu cōcluſum geris?
So. Quid id exquiris tu: qui pugnis exoſſas homines?
Me. Seruus ne an liber? So. vtcunq; animo collibitum eſt meo.
Me. Ain vero? So. aio enimuero. Me. verbero. So. mētiris nūc.
Me. At iam faciam: vt verum diſcas dicere. So. quid eo opus ē?
Me. Poſſum ſcire quo profectus: cuius ſis: aut quid veneris?
So. Huc eo. heri ſum ſeruus. nunquid nunc es certior?
Me. Ego tibi iſtā hodie ſceleſtā comprimā linguā. So. haud potes.
Bene pudiceq; aſſeruatur. Me. pergin argutarier?
Quid apud haſce ędis negocium eſt tibi? So. immo quid tibi eſt?
Me. Rex creō vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat.
So. Bene facit. quia nos eramus pergere: tutatus eſt domum.
At nunc abi. ſane aduenisse familiares dicito.
Me. Neſcio quantum familiaris ſis. niſi actutum hinc abis:
Familiaris accipiere faxo haud familiariter.
So. Hic inq̃ habito ego. atq; horū ſeruus ſum. Me. at ſcin qūo?
Faciam ego hodie te ſuperbum: niſi hinc abis. So. quonāmodo?
Me. Auferere: non abibis: ſi ego fuſtem ſumpſero.
So. Quin me eſſe huius familię familiarem prędico.
Me. Vide ſis: quam mox vapulare vis: niſi actutum hinc abis.
So. Tun modo prohibere peregre me aduenientem poſtulas?
Me. Hęccine tua domus eſt? So. ita inquam.
Me. Quis herus eſt igitur tibi?

So. Amphitryo qui nunc præfectus eſt thebanis legionibus:
Quicum nupta eſt alcumena. Me. quid ais? quod nomen tibi eſt?
So. Soſiam vocant thebani dauo prognatum patre.
Me. Nę tu iſtuc hodie malo tuo compoſitis mendaciis
Aduenisti audaciæ columen conſutis dolis.
So. Immo equidem tunicis conſutis huc aduenio: non dolis.
Me. At mentiris etiam: certo pedibus non tunicis venis.
So Ita profecto. Me. nunc profecto vapula ob mendacium.
So. Non ædepol volo profecto. Me. at pol profecto ingratis.
Hoc quidem profecto certum eſt: non eſt arbitrarium.
So. Tuam fidem obſecro. Me. tun te audes ſoſiam eſſe dicere:
Qui ego ſum? So. perii. Me. parū etiā prę vt futuꝝ eſt prędicas.
Quoius nunc es? So. tuus. nam pugnis vſufeciſti tuum.
Proh fidi thebani ciues. Me. etiam clamat carnifex?
Eloquere: quid veniſti? So. vt eſſet: quem tu pugnis cæderes.
Me. Quoius es? So. amphitryōis inq̄ ſoſia. Me. ergo iſtoc magis
Quia vaniloquus vapulabis. ego ſum non tu ſoſia.
So. Ita dii faciant vt tu potius ſis: atq; ego te vt verberem.
Me. I. ēt mutis? So. iā tacebo. Me. qs tibi her⁹ eſt? So. quē tu voleſ.
Me. Quid igitur? qui nunc vocare. So. nemo niſi quem iuſſeris.
Me. Amphitryonis te eſſe aiebas ſoſiam. So. peccaueram.
Nam amphitryonis ſocium næ me eſſe volui dicere.
Me. Sciebā equidem nullum eſſe nobis niſi me ſeruum ſoſiam.
Fugit te ratio. So. vtinam iſtuc pugni feciſſent tui.
Me. ego ſum ſoſia ille: quem tu dudum eſſe aiebas mihi.
So. Obſecro vt per pacem liceat te alloqui: vt ne vapulem.
Me. Immo inducię parumper fiant: ſi quid vis loqui.
So. Non loquar niſi pace facta: quando pugnis plus vales?
Me. Dicito ſi quid vis: non nocebo. So. tuę fidei credo. Me. meę.
So. Quid ſi falles? Me. tum mercurius ſoſiæ iratus ſiet.
So. Animum aduerte. nunc licet mihi libere quiduis loqui.
Amphitryonis ego ſum ſeruus ſoſia. Me. etiam denuo?
So. Pacem feci. fœdus feci. vera dico. Me. vapula.
So. Vt libet. quid tibi libet fac: quoniam pugnis plus vales.
Verum vtut es facturus: hoc quidē hercle haud reticebo tamen.
Me. Tu me viuo hodie nunquam facies: quin ſim ſoſia.
So. Certe ædepol tu me alienabis nunquam: quin noſter ſiem:
Nec nobis pręter me alius quiſquam eſt ſeruus ſoſia.

Qui cum amphitryone hinc vna ieram in exercitum.
Me. Hic hõ ſanus nõ eſt. So. quod mihi prædicas vitiũ: id tibi ẽ.
Quid malum: non ſum ego ſeruus amphitryonis ſoſia?
Nonne hac noctu noſtra nauis ex portu perſico
Venit: quæ me aduexit? nonne me huc herus miſit meus?
Nõne ego nũc ſto ante ædes noſtras? nõ mihi eſt laterna ĩ manu?
Non loquor? non vigilo? nonne hic homo me pugnis contudit?
Fecit hercle: nam etiam miſero nunc malę dolent.
Quid igitur ego dubito? aut cur nõ introeo in noſtram domum?
Me. Qui domũ nr̃a3? So. ita enim vero. Me. quęcũq; dixiſti mõ
Omnia ementitus. equidem ſoſia amphitryonis ſum.
Nam noctu hac ſoluta eſt nauis noſtra e portu perſico.
Et vbi pterela rex regnauit oppidum expugnauimus.
Et legiones teleboarum vi pugnando cepimus.
Et ipſus amphitryo obtruncauit regem pterelam in prælio.
So. Egomet mihi non credo: quum illęc illum autumare audio.
Hic quidem certe quę illic ſunt res geſtę: memorat memoriter.
Sed quid ais? quid amphitryoni a telebois datum eſt?
Mer. Pterela rex qui potitare ſolitus eſt patera aurea.
So. Elocutus eſt. vbi patera nunc eſt. Me. in ciſtula
Amphitryonis obſignata ſigno eſt. So. ſigni dic quid eſt?
Ne. Cum quadrigis ſol exoriens. quid me captas carnifex?
So. Argumentis vincit. aliud nomen quęrendum eſt mihi.
Neſcio vnde hęc hic ſpectauit. iam ego hunc decipiam probe.
Nam quod egomet ſolus feci: nec quiſquam alius affuit
In tabernaculo: id quidem hodie nunquam poterit dicere.
Si tu ſoſia es; legiones quum pugnabant maxime:
Quid in tabernaculo feciſti? victus ſum: ſi dexeris.
Me. Cadus erat vini. inde impleui hirneam. So. ingreſſus viam.
Me. Ea ego vt matre fuerat natum vini eduxi meri.
So. Mira ſunt niſi latuit intus illic in illac hirnea.
Me. Factum illud: vt ego illic vini hirneam ebiberim meri.
Quid nunc? vincon argumentis te non eſſe ſoſiam?
So. Tu negas me eſſe? Me. quid ego ni negem: qui egomet ſiem?
So. Per Iouem iuro me eſſe: neq; me falſum dicere.
Me. At ego per Mercurium iuro tibi Iouem non credere.
Nam iniurato ſcio plus crederet mihi: quam iurato tibi.
So. Quis ego ſum ſaltem? ſi non ſum ſoſia te interrogo?

Me. Vbi ego ſum ſoſia nolim eſſe:tu eſto ſane ſoſia.
Nunc quando ego ſum: vapulabis:ni hinc abis ignobilis.
So. Certe aedepol quum illũ cõtẽplo: & formã cognoſco meã.
Quemadmodũ ego ſępe in ſpeculum inſpexi nimis ſimiliſt mei.
Itidem habet petaſum ac ueſtitum:tam conſimiliſt atq; ego.
Sura.pes.ſtatura.tonſus.oculi.naſa.uel labra.
Malæ.mentum.barba.collum.totus.quid uerbis opuſt?
Si tergum cicatricoſum: nihil hoc ſimile eſt ſimilius.
Sed quum cogito:equidem certo idem ſum qui ſemper fui.
Noui herum.noui ædis noſtras.ſane ſapio & ſentio.
Non ego illi obtempero: quod loquitur. pultabo foris.
Me.Quo agiſ te?So.Domũ.Me.Quadrigas ſi nũc ĩſcẽdas iouiſ:
Atq; hinc fugias:ita uix poteris effugere infortunium.
So. Nonne heræ meæ nunciare quod herus meus iuſſit licet?
Me. Tuæ ſi quid uis nunciare: hanc noſtram adire non ſinam.
Nam ſi me irritaſſis: hodie lumbifragium hinc auferes.
So. Abeo potius.di immortales obſecro ueſtram fidem:
Vbi ego perii? ubi immutatus ſum?ubi ego formam perdidi?
An egomet me illic reliqui? ibi forte oblitus fui?
Nam hic quidẽ oẽm imaginẽ meã: quæ ante hac fuerat:poſſidet.
Viuo fit:quod nunquam quiſquam mortuo faciet mihi.
Ibo ad portum.atq; hæc ut ſunt facta:hero dicam meo.
Niſi etiam is quoq; me ignorabit:quod ille faciat Iupiter:
Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum.

Mercurius.

BEne proſpereq; hoc hodie operis proceſſit mihi.
Amoui a foribus malamam moleſtiam:
Patri vt liceret tuto ilxim amplexarier.
Nã ille illuc ad herũ quũ amphitryonem aduenerit:
Narrabit ſeruum hinc ſeſe a foribus ſoſiam
Amouiſſe. ille adeo illum mentiri ſibi
Credet: neq; credet huc profectum vt iuſſerat.
Erroris ambo ego illos & dementiæ
Complebo: atq; omnem amphitryonis familiam
Adeouſq; ſatietatem dum cap.t pater
Illius quam amat.igitur demum omnes ſcient
Quæ facta.deniq; alcumenam Iupiter
Rediget antiquam in concordiam coniugis.

Nam amphitryo actutum vxori turbas conciet:
Atq; inſimulabit eam probri. tum meus pater
Iam ſeditionem illi in tranquillum conferet.
Nunc de alcumena dudum quod diximus:
Hodie illa pariet filios geminos duos.
Alter decumo poſt menſe naſcetur:
Quam ſeminatus: alter menſe ſeptimo.
Eorum amphitryonis alter eſt: alter Iouis.
Verum minori puero maior eſt pater.
Minor maiori.iam ne hoc ſcitis quid ſiet?
Sed alcumenæ huius honoris gratia
Pater curauit vno vt fœtu fieret:
Vno vt labore abſoluat ærumnas duas.
Et ne in ſuſpitione ponatur ſtupri:
Et clandeſtina vt celetur ſuſpitio:
Quamquam vt iamdudum dixi:reſciſcet tamen
Amphitryo rem omnē. quid igitur? nemo id probro
Profecto ducet alcumenæ.nam deum
Non par videtur facere delictum ſuum:
Suamq; vt culpam expetere in mortalem vt ſinat.
Orationem comprimam.crepuit foris.
Amphitryo ſubditicius eccum exit foras
Cum alcumena vxore vſuraria.

Iupiter. Alcumena. Mercurius.

Bene vale alcumena.cura rem communem quod facis.
At quin perge quæſo.menſes iam tibi eſſe actos vides.
Mihi neceſſe eſt ire hinc. verum quod erit natum tollito.
Al. Quid iſtuc eſt me vir negocii:quod tu tam ſubito domo
Abeas? Iupi. Aedepol haud quod tui me neq; domi diſtædeat:
Sed vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum:
Citius quod non facto eſt vſus fit: quam quod facto eſt opus.
Me. Nimis hic ſcitus eſt ſycophanta: qui quidē ſit meus pater.
Obſeruatote quam blande mulieri palpabitur.
Al. E caſtor te experior: quanti facias vxorem tuam.
Iu. Satin habes: ſi fœmininarum nulla eſt quam æque diligam?
Me: Aedepol ni illa furtiuis rebus te ſciat operam dare:
Ego faxim te amphitryonem eſſe malis quam iouem.
Al. Experiri iſtuc mauellem me: quam mihi memorarier.

Prius abis: quam lectus vbi cubuiſti concaluit locus:
Heri veniſti media nocte:nunc abis.hoccine placet?
Me. Accedam: atq; hanc appellabo: & ſupparaſitabor patri.
Nunquā ædepol quēquam mortalem credo ego vxorem ſuam
Sic efflictim amare:proinde vt hic te efflictim deperit.
Iu. Carnifex non ego te noui? abin e conſpectu meo?
Quid tibi hanc curatio eſt rem verbero? haud mutito.
Quoi ego iam hoc ſcipione? Al. Ah noli. Iu. Mutito modo.
Me. Nequiter pene expediuit prima paraſitatio.
Iu. Verum quod tu dicis mea vxor:non te mihi iraſci decet:
Clanculum abii a legione. operam hanc ſurripui tibi:
Ex me primo prima ſcires rem vt geſſiſſem publicam.
Ea tibi omnia enaraui.niſi te amarem plurimum
Non facerem. Me. Facit ne vt dixi? timidam palpo percutit.
Iu. Nunc ne legio perſentiſcat: clam illuc redeundum eſt mihi:
Ne me vxorem præuertiſſe dicant præ republica.
Al. Lachrimantē ex abitu concinnas tu tuam vxorē. Iu. Tace.
Ne corrumpe oculos. redibo actutum. Al. Id actutum diu eſt.
Iu. Non ego te hic lubens relinquo:neq; abeo abs te. Al. Sētio.
Nam qua nocte ad me veniſti:eadem abis. Iu. Cur me tenes?
Tempus: exire ex vrbe priuſquam luceſcat volo.
Nunc tibi hanc pateram:quæ dono mihi illic ob virtutem dateſt:
Pterela rex qui potitauit: quem ego mea occidi manu:
Alcumena tibi condono. Al. Facis vt alias res ſoles.
Ecaſtor condignum donum:qualiſt qui donum dedit.
Me. Immo ſic condignum donū:qualiſt quoi donum datū eſt.
Iu. Pergin autem? nonne ego poſſum furcifer te perdere?
Al. Noli amabo amphitryo iraſci ſoſię cauſa mea.
Iu. Faciam ita vt vis. Me. Ex amore hic admodū quā ſæuus eſt?
Iu. Nunquid vis? Al. Vt quū abſim me ames:me tuā te abſente
Tamen. Me. Eamus amphitryo. luceſcit hoc iam.
Iu. Abi p̄ ſoſia:iā ego ſequar. nūqd vis? Al. Etiā vt actutū aduēiaſ.
Iu. Licet. prius tua opinione hic adero. bonum animū habe.
Nunc te nox quæ me manſiſti: mitto:vt cedas diei:
Vt mortalibus illuceſcas luce clara & candida.
Atq; quanto nox fuiſti longior hac proxima:
Tanto breuior dies vt fiat. faciam vt æque diſpar
Et dies & nox accedat. ibo & Mercurium ſubſequar.

Amphitryo Soſia.

HGe i tu.ſecundum ſequor.So.Subſequor te.
Am.Sceleſtiſſimum te arbitrior.So.Nam quamobrem?
Am. Quia id quod neqꝫ eſt:neqꝫ fuit:neqꝫ futurum eſt:
Mihi prædicas.So.Ecce re iam tu autem
Facis: vt tuis nulla apud te ſit fides.
Am. Quid eſt? quo modo? iam quidem hercle ego tibi iſtam
Sceleſtam ſcelus linguam abſcindam.So.Tuus ſum.
Proinde vt commodum ſiet: lubet quidqꝫ facias.
Tamen quin loquar hæc vti facta ſunt hic:
Nunquam vllo modo me potes deterrere.
Am. Sceleſtiſſime audes mihi prædicare id
Domi te eſſe nunc: qui hic ades?So.Vera dico.
Am. Malum quod tibi dii dabunt: atqꝫ ego hodie dabo.
So. Iſtuc tibiſt in in manu: nam tuus ſum.
Am. Tum me verbero audes herum ludificarier?
Tun id dicere audes: quod nemo vnquam homo ante hac
Vidit? nec poteſt fieri tempore vno
Homo idem duobus locis vt ſimul ſit.
So. Profecto vt loquor: res ita eſt.Am.Iupiter te perdat.
So. Quid mali ſum here tua ex re promeritus?
Am. Rogas ne improbe etiam: qui ludificas me?
So. Merito male dicas mihi:ſi ita id non factum eſt.
Veꝝ had̄ mētior:reſqꝫ vti facta dico.Am.hō hic ebriꝰ ē:vt opīor.
So. Vtinam ita eſſem.Am.Optas:quę facta.So.Ego ne?
Am.Tu iſtic vbi bibiſti?So.Nuſq̄ꝫ eqdē bibi.Am.qd hoc ſit hoīs?
So. Eqdē decies dixi:domi ego ſum inq̄ꝫ.ecqd audis? & apd̄ te
Adſum ſoſia idem.ſatin hoc plane: ſatin diſerte here nunc
Nūc videor tibi locutus eſſe?Am.Vah apage te a me.So. qd eſt
Negocii?Am.Peſtis te tenet.So.Nam quid iſtuc
Dicis? equidem valeo & ſaluus ſum recte amphitryo.
Am. At ego faciam hodie: proinde ac meritus es:
Vt minus valeas: & miſer ſis: ſaluus domum ſi rediero.iam
Sequere ſic herum: qui ludificas dictis delirantibus.
Qui quoniam herus quod imperaui neglexiſti perſequi:
Nunc venis etiam vltro irriſum dominum.quæ neqꝫ fieri
Poſſunt:neqꝫ fando vnquā accepit quiſquam:proferes carnifex.
Quoius ego hodie in tergo faxo iſta expetant mendacia.

So. Amphitryo miſerrima iſtæc miſeria eſt ſeruo bono:
Apud herum qui verba loquitur: ſi id vi verum vincitur.
Am. Quo id malũ pacto potes? nam mecum augmẽtis puta:
Fieri nunc: vt hic ſis & domi: id dici volo.
So. Sum profecto & hic & illic. hoc cui vis mirari licet.
Neq; tibi iſtuc mirum magis videtur: quam mihi.
Am. Quo modo? So. nihilo inquã mirũ magis tibi ſtuc q̃ mihi.
Neq; ita me dii ament: credebam primo mihimet ſoſiæ:
Donec ſoſia ille egomet fecit ſibi vti crederem.
Ordine omne vt quicquã actum eſt: dum apud hoſtes ſedimus:
E diſſertauit. tum formam vna abſtulit cum nomine.
Neq; lacte lacti magis eſt ſimile: quam ille ego ſimilis eſt mei.
Nam vt dudum ante lucem a portu me præmiſiſti domum:
Am. Quid igitur? So. pri9 multo ante ædis ſtabã q̃ illo adueneram.
Am. Quas malũ nugas? ſatin tu ſanus es? So. ſic ſũ: vt vt vides.
Am. Huic homini neſcio quid eſt mali mala obiectum manu:
Poſtquã a me abiit. So. ſateor. nam ſum obtuſus pugnis peſſume
Am. Quis te verberauit? So. egomet memet: qui nũc ſum domi.
Am. Caue quicquam niſi quod rogabo te: mihi reſponderis.
Omnium primum iſte qui ſit ſoſia hoc dici volo.
So. Tuus eſt ſeru9. Am. mihi quidẽ vno te plus etiã eſt quã volo.
Neq; poſtquam ſum natus: habui niſi te ſeruum ſoſiam.
So. At ego nunc amphitryo dico: ſoſiam ſeruum tuum
Præter me alterum inquam aduenîens faciã vt offendas domi.
Dauo prognatum patre eodem quo ego ſum. forma ætate item
Qua ego ſum. qd op9 eſt verbis? gemin9 ſoſia hic factus eſt tibi.
Am. Nimia memoras mira. ſed vidiſtin vxorem meam?
So. Quin itroire in ædis nũquã licitũ eſt. Am. quis te prohibuit?
So. Soſia ille: quem iamdudum dico is qui me contudit.
Am. Quis iſtic ſoſia eſt? So. ego inquã. quoties dicendum eſt?
Am. Sed quid ais? nũ obdormiuiſti dudum vſquã gentiũ ſoſia?
Ibi forte iſtum ſi vidiſſes quendam in ſomnis ſoſiam?
So. Non ſoleo ego ſomniculoſe heri imperia perſequi.
Vigilans vidi. vigilans nunc video. vigilans fabulabar.
Vigilantem ille me iam dudum vigilans pugnis contudit.
Am. Quis hoc? So. ſoſia inquã ego ille. quæſo nõ ne intelligis?
Am. Qui malũ intelligere quiſquã potis eſt: ita nugas blactis.
So. Verũ actutum noſces inquam illum. noſces ſeruum ſoſiam.

Am. Sequere hac igitur me.nā mihi iſtuc primū exqſito eſt op⁹.
Sed vide ex naui efferantur:quæ iam imperaui omnia.
So. Et memor ſum & diligens:vt quæ imperes compareant.
Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.
Am. Vtinam di ſaxint:in fecta dicta recte veniant tua.

Alcumena. Amphitryo. Soſia.

SAtin parua res eſt voluptatū in vita atqꝫ in ætate agunda:
Præ quam quod moleſtum eſt? ita quoiqꝫ comperatum eſt
in ætate hominum.
Ita dis placitum voluptati vt mœror comes conſequatur.
Quin incommodi plus maliqꝫ illico adſit:boni ſi obtigit quid.
Nā ego id nūc experior domo:atqꝫ ipſa de me ſcio:cui voluptas
Parumper dataſt:dum viri mei mihi poteſtas videndi fuit
Noctem vnam modo:atqꝫ is repente abiit a me hinc ante luceꝫ:
Sola hic mihi nūc videor:qa ille hic abeſt:quē ego amo ꝓter oēs.
Pl⁹ egri ex abitu viri:ꝙ ex aduētu voluptatis cepi.ſꝫ hoc me beat
Saltē ꝙ ꝑduelles vicit:& domū laudis cōpos reuenit ī ſolatio eſt.
Abſit:dū mō laude parta domū recipiat ſe:ferā.& perferā vſqꝫ
Abitum eius animo forti atqꝫ obfirmato:id modo ſi mercedis
Datur mihi:vt meus victor vir belli redeat:ſatis
Mihi eſſe dicam.virtus præmium eſt optimum.
Virtus omnibus rebus anteit profecto.
Libertas.ſalus.vita.res.parentes.patria.& prognati
Tutantur.ſeruantur.virtus omnia in ſe habet.
Omnia adſunt bona:quem peneſt virtus.
Am. Aedpol me vxori exoptatum credo aduenturum domū:
Quę me amat:quam contra amo:præſertim re geſta bene.
Victis hoſtibus:quos nemo poſſe ſuperari ratus eſt:
Eos auſpicio meo atqꝫ ductu primo cœtu vicimus.
Certe enim me illi expectatum optatum venturum ſcio.
So. Qui me non expectatum rere amicę venturū meę?
Al.Me⁹ vir hic qdē ē.Am.ſeqre hac tu me.Al. nā qd ille reuertit:
Qui dudum properare ſeſe aiebat?an ille me tentat ſciens:
Atqꝫ id ſi vult experiri ſuum abitum vt deſiderem?
Ecaſtor me haud inuita ſe domum recepit ſuam.
So. Amphitryo redire ad nauem melius eſt nos.Am. qua gr̄a?
So. Quia domi daturus nemo eſt prandium aduenientibus.

Am. Quid tibi nũc iſtuc in mẽtẽ venit? So.qa enĩ ſero aduenim9
Am. Qui? So.quia alcumenã ante ædis ſtare ſaturam intelligo.
Am. Grauidam ego illam hic reliqui cũ abeo. So.hei perii miſer.
Am. Quid tibi eſt? So.ad aquam præbendã adueni domum
Decumo poſt menſe: vt rationem te dictare intelligo.
Am. Bono aĩo es. So.ſcin ꝙ bono aĩo ſim? ſi ſitulã iã cepero:
Nũquã ædepol tu mihi diuini quicquã creduis poſt hunc diem:
Ni ego illi puteo ſi occepſo animam omnem intertraxero.
Am. Sequere hac me modo.alium ego iſti rei alligabo.ne time.
Al. Magis nũc meũ officiũ facerẽ: ſi huic eã aduerſum arbitror.
Am. Amphitryo vxorem ſalutat lętus ſperatam ſuam:
Quam omnium thebis vir vnam eſſe optimam diiudicat:
Quamq; adeo ciues thebani vero rumificant probam.
Valuiſtin vſq;? expectatus aduenio? So.haud vidi magis
Expectatum.eum ſalutat haud quiſquam: quam canem.
Am. Et quũ te grauidã: & quũ te pulchre plenã aſpicio: gaudeo.
Al. Obſecro caſtor quid tu me deridiculi gratia
Sic ſalutas: atq; appellas quaſi dudum non videris?
Quaſi qui nunc primum recipias te domum huc ex hoſtibus?
Atq; me nunc proinde appellas: quaſi multo poſt videris?
Am. Immo equidem te niſi nunc hodie nuſquã video gentiũ.
Al. Cur negas? Am.quia vera didici dicere. Al. haud æquũ facit:
Quid quod didicit: id dediſcit.an periclitamini
Quid animi abeam? ſed quid huc reuertimini tam cito:
An te auſpicium commoratum eſt? an tempeſtas continet:
Qui non abiſti ad legiones ita: vt dudum dixeras?
Am. Dudũ? ꝙ dudũ iſtud factũ ẽ? Al. tẽtas.iãdudũ.pridẽ.modo.
Am. Qui iſtuc potis eſt fieri quæſo: vt dicis iamdudum, modo.
Al. Quid enim cenſes te vt deludam contra luſorem meum:
Qui nunc primum te aduenisse dicas: modo qui hinc abieris.
Am. Hęc quidem deliramenta loquitur. So.pauliſper mane:
Dum edormiſcat vnum ſomnum: quę ne vigilans ſomniat.
Al. Equidẽ ecaſtor vigilo.& vigilans id quod factũ eſt fabulor.
Nam dudum ante lucẽ & iſtunc & te vidi. Am.quo in loco?
Al. Hic in ædibus vbi tu habitas. Am.nunꝙ factũ ẽ. So.nõ taces?
Quid ſi e portu nauis huc nos dormientis detulit?
Am. Etiam tu quoq; aſſentaris huic? So.quid vis fieri?
Non tu ſcis bacchæ bacchanti ſi velis aduerſarier:

Ex inſana inſaniorem facies:feriet ſæpius.
Si obſequatis:vna reſoluas plaga.Am.at pol quin certa res
Hanc eſt adiurgare:quæ me hodie aduenientem domum
Noluerit ſalutare.So.irritabis crabrones.Am.tace.
Alcumena vnum rogare te volo.Al. quid vis rogare:roga.
Am.Nunc tibi aut ſtultitia acceſſit:aut ſuperat ſuperbia?
Al. Quid iſtuc in mente eſt tibi mi vir percontarier?
Am. Quia ſi ſalutare venientem me ſolebas ante hac:
Appellare itidem:vt pudicę ſuos viros quæ ſunt ſolent:
Eo more expertem te factam adueniens offendi domum.
Al. Ecaſtor equidem te certo heri aduenientem illico
Et ſalutaui:& valuiſſes ne vſq; exquiſiui ſimul
Mi vir:& manum prehendi:& oſculum tetuli tibi.
So. Tun heri hunc ſalutauiſti? Al.& te quoq; etiam ſoſia.
So. Amphitryo ſperaui ego iſtam tibi parituram filium:
Verum non eſt puero grauida.Am.quid igitur?So.inſania.
Al. Equidem ſana ſum:& deos quæſo vt ſalua pariam filium.
Verum tu magnum malum habebis:ſi hic ſuum officium faciat.
Ob iſtuc omen ominator capies:quod te condecet.
So. Enimuero prægnanti oportet malum dari:
Vt quod obrodat ſit:animo ſi male eſſe occœperit.
Am. Tu me heri vidiſti? Al.ego inquam:ſi vis decies dicere.
Am.In ſõnis fortaſſe.Al ĩmo vigilãs vigilãtẽ.Am.ve miſo mihi.
So. Quid tibi eſt?Am.delerat vxor.So.atra bili percita eſt.
Nulla res tam delerantis homines concinnat cito.
Am. Vbi primum ſenſiſti mulier implicicier?
Al. Equidẽ ecaſtor ſana & ſalua ſum.Am.cur igitur prædicas
Te heri me vidiſſe:qui hac noctu in portum aduecti ſumus?
Ibi cœnaui atq; ibi quieui in naui noctem perpetem.
Neq; meum pedem huc intuli etiam in ædis:vt cum exercitu
Hinc profectus ſum ad teleboas hoſtis:eoſq; vt vicimus.
Al. Immo mecũ cœnauiſti:& mecum cubuiſti.Am.quid id eſt?
Al. Vera dico.Am.non de hac quidem hercle re:de aliis neſcio.
Al. Primulo diculo abiſti ad legiones.Am.quo modo?
So. Recte dicit vt commeminit:ſomnium narrat tibi.
Sed mulier poſtquam experrecta es:prodigiali ioui
Aut mola ſalſa hodie aut thure comprecatam oportuit.
Al. Væ capiti tuo.So.tua iſtuc refert:ſi curaueris.

Al. Iterum iam hic in me inclementer dicit: atq; id ſine malo.
Am. Tace tu. tu dic. ego ne abs te abii hinc hodie cum diluculo?
Al. Quis igitur niſi vos narrauit mihi illic: vt fuerit prelium?
Am. An ē͂t id tu ſcis? Al. quippe q̄ ex te audiui vt vrbē̃ maximā̃
Expugnauiſſes: regemq; pterelam tu te occideris.
Am. Egone iſtuc dixi? Al. tu te iſtic etiam adſtante hoc ſoſia.
Am. Audiſtin tu me narrare hoc hodie? So. vbi audiuerim?
Am. Hanc roga. So. me qdē̃ preſente nunq̃ factū̃ eſt: quod ſciā̃.
Al. Mirum quin te aduerſus dicat. Al. ſoſia age me huc aſpice.
So. Specto. Am. vera volo loqui: te nolo aſſentari mihi.
Audiſtin tu hodie me dicere ea que illa autumat?
So. Queſo ædepol nū̃ tu quoq; ē͂t inſanis: quū̃ id me ĩterrogas?
Qui ipſus equidem nunc primum iſtanc tecum conſpicio ſimul.
Am. Quin nunc mulitr audin illum? Al. eo fit quia mihi
Plurimum credo: & ſcio iſta & facta proinde vt proloquor.
Am. Tun me heri aduenisſe dicis? Al. tun te abiſſe hinc negas?
Am. Nego enimuero: & me aduenire nū̃c primū̃ aio ad te domū̃.
Al. Obſecro etiam ne hoc negabis: te auream pateram mihi
Dediſſe dono hodie: qua te illic donatum eſſe dixeras?
Am. Neq; ædepol dedi: neq; dixi: verum ita animatus fui:
Itaq; nunc ſum: vt ea te patera donem. ſed quis iſtuc tibi
Dixit? Al. ego equidem ex te audiui: & ex tua accepi manu
Pateram. Am. mane mane obſecro te. nimis demiror ſoſia:
Qui illæc illic me donatum eſſe aurea patera ſciat.
Niſi tu dudum hanc conueniſti: & narrauiſti hæc omnia.
So. Neq; ædepol ego dixi: neq; iſtam vidi niſi tecum ſimul.
Am. Quid hoc ſit hoīs. Al. vin ꝓferri paterā̃? Am. ꝓferri volo.
Al. Fiat. tu theſſala intus pateram proferto foras:
Qua hodie meus vir donauit me. Am. ſecede huc tu ſoſia.
Enimuero illud præter alia mira miror maxime:
Si hæc hē͂t paterā̃ illā̃. So. etiā̃ credis id: quam in hac ciſtellula
Tuo ſigno obſignata ferunt? Am. ſaluum ſignum eſt. So. inſpice.
Am. Recte ita eſt vt obſignaui. So. queſo quin tu iſtanc iubes
Pro cerita circumferri? Am. edepol quin facto eſt opus?
Nam hec qdē̃ edepol laruaꝝ plena ſunt. Al. qd verbis opuſt?
Hem tibi pateram. eccam crede mihi. age aſpice huc ſis nū̃c iam
Tu qui que facta inficiare: quem ego iam hic conuincā̃ palam.
Eſt ne hec patera qua donatus illic? Am. ſumme Iupiter.

Quid ego video? hęc eſt ea profecto patera. perii ſoſia.
So. Aut pol hęc pręſtigiatrix mulier multo maxima eſt:
Aut pateram hic ineſſe oportet. Am. agedum eam ſolue ciſtulā.
So. Quid ego iſtam exoluam? obſignata ſt recte. res geſta eſt bñ.
Tu peperiſti amphitryonem: ego alium peperi ſoſiam.
Nunc ſi pateram patera peperit: omnes congeminauimus.
Am. Certū eſt aperire: atq; inſpicere. So. vide ſis ſigni quid ſiet:
Ne poſterius in me culpam tranſferas. Am. aperi modo.
Nam hęc quidem nos delirantes facere dictis poſtulat.
Al. Vnde hęc igitur eſt: niſi abs te quę mihi dono data eſt?
Am. Opus mihi eſt iſtuc exquiſito. So. iupiter proh iupiter.
Am. Quid tibi eſt? So. hic patera nulla in ciſtula ſt. Am. qd ego au
So. Id qđ verū ſt. Am. actū cruciatu iā niſi apparet tuo. (dio?
Al. Hęc qdē apparet. Am. qs igitur tibi dedit? Al. qui me rogat.
So. Me captas? quia tute ab naui clanculum huc alia via
Præcucurriſti: atq; hinc pateram tute exemiſti: atq; eam
Huic dediſti: poſthac rurſum obſignaſti clanculum.
Am. Hei mihi iam tu quoq; huius adiuuas inſaniam.
Ain heri nos veniſſe huc? Al. aio. aduenienſq; illico
Me ſalutauiſti: & ego te: & oſculum tetuli tibi.
Am. Iam illud non placet de oſculo. pergam exequi.
Al. Lauiſti. Am. quid poſtq̄ laui? Al. accubuiſti. So. euge optime
Nunc exquire. Am. ne interpella. perge porro dicere.
Al. Cœna appoſita eſt. cœnauiſti mecum. ego accubui ſimul.
Am. In eodem lecto? Al. in eodem. So. ei non placet conuiuiū.
Am. Sine modo argumenta dicat. quid poſtquā cœnauimus?
Al. Te dormitare aiebas. menſa ablata eſt. cubitum hinc abim⁹.
Am. Vbi tu cubuiſti? Al. in eodem tecum vna in cubiculo.
Am. Perdidiſti. So. qd tibi eſt? Am. hæc me mō ad mortem dedit.
Al. Quid iā amabo? Am. ne me appella. So: qd tibi ē? Am: perii
Quia pudicitię huius viciū me hic abſente eſt additū. (miſer.
Al. Obſecro ecaſtor: cur iſtuc mi vir ex te audio?
Am. Vir ego tuus ſim: ne me appella falſo nomine.
So. Hæret hęc res: ſi quidem hæc iam mulier facta eſt ex viro.
Al. Quid ego feci? qua iſtęc propter dicta dicantur mihi?
Am. Tu te edictas facta tua: ex me quęris quid deliqueris.
Al. Quid ego tibi deliqui? ſi cui nupta ſum tecum fui?
Am. Tun mecum fueris? quid illac impudente audacius?

Saltem tute ſi pudoris egeas; ſumas mutuum.
Al. Iſtuc facinus quod tu inſimulas: noſtro generi non decet.
Tu ſi me impudicicię captas: non potes capere.
Am. Proh di immortales cognoſcin tu me ſoſia ſaltem?
So. Propemodū. Am. cœnaui ego heri in naui portu perſico?
So. Mihi quoq; adſunt teſtes: qui illud quod ego dicā: aſſentant.
Neſcio quid iſtuc negocii dicam niſi quiſpiam eſt
Amphitryo alius: qui forte te hic abſente tamen
Tuam rem curet: teq; abſente hic munus fungatur tuum.
Namq; de illo ſubditiuo ſoſia mirum nimis eſt.
Certe de hoc amphitryone iam alterum nimis eſt magis.
Neſcio quis pręſtigiator hanc fruſtratur mulierem.
Al. Per ſupremi regis regnum iuro & matrem familias
Iunomen: quam me vereri & metuere eſt par maxime:
Vt mihi extra vnum te mortalis nemo corpus corpore
Contigit: quo me impudicam faceret. Am. vera iſtęc velim.
Al. Vera dico: ſed nequicquam: quoniam non vis credere.
Am. Mulier es. audacter iuras. Al. quę non deliquit: decet
Audacem eſſe: confidenter pro ſe & proterue loqui.
Am. Satis audacter. Al. vt pudicā decet. Am. in verbis probas.
Al. Non ego illam mihi dotem duco eſſe: quę dos dicitur.
Sed pudiciciam. & pudorem. & ſedatum cupidinem.
Deum metum. parentum amorem. & cognatum concordiam.
Tibi morigera. atq; vt munifica ſim bonis. proſim probis.
So. Nę iſta ædepol ſi hęc vera loquitur: examuſſim eſt optima.
Am. Delinitus ſum profecto ita: vt me qui ſim neſciam.
So. Amphitryo es profecto. caue ſis ne tu te vſu perduis.
Ita nunc homines immutantur: poſtquam aduenimus.
Am. Mulier iſtam rem inquiſitam certum eſt non amittere.
Al. Aedepol me libente facies. Am. quid ais? reſponde mihi.
Quid ſi adduco tuum cognatum huc a naui naucraten:
Qui cum vna vectus eſt vna naui: atq; is ſi denegat
Facta quæ tu facta dicis: quid tibi æquum eſt fieri?
Nunquid cauſam dicis quin te hoc mulctem matrimonio.
Al. Si deliqui: nulla cauſa eſt. Am. conuenit. tu ſoſia
Duc hos intro. ego huc ab naui mecum abducam naucraten.
So. Nunc quidem pręter nos nemo eſt: dic verum ſerio.
Ecquis alius ſoſia intus eſt: qui mei ſimilis ſiet?

Al. Abin hinc a me dignus domino ſeruus! So. abeo ſi iubes.
Al. Nimis ecaſtor facinus mirum eſt: qui illi collibitum ſiet
Meo viro ſic me inſimulare falſum facinus tam malum.
Quidquid id eſt: iam ex naucrate cognato id cognoſcam meo.

Iupiter.

EGo ſum ille amphitryo cuius eſt ſeruus ſoſia:
Idem mercurius qui ſit quando comoduſt:
In ſuperiore qui habito cœnaculo.
Qui interdum fio Iupi ter quando lubet.
Nunc autē quom extēplo aduentum apporto illico
Amphitryo fio: veſtitum immuto meum.
Nunc huc honoris veſtri venio gratia:
Ne hanc inchoatam tranſigam comœdiam.
Simul alcumenę quam viri inſontem probri
Amphitryo accuſat: veni vt auxilium feram.
Nam mea ſit culpa: quod egomet contraxerim:
Si id alcumenæ innocenti expetat.
Nunc amphitryonem memet: vt occœpi ſemel:
Eſſe aſſimulabo: atq; in horum familiam
Fruſtrationem hodie iniiciam maximam.
Poſt igitur demum faciam: res fiat palam:
Atq; alcumenę in tempore auxilium feram.
Faciamq; vt vno fœtu & quod grauida eſt viro:
Et me quod grauidaſt: pariat ſine doloribus.
Mercurium iuſſi me continuo conſequi:
Si quid vellem imperare. nunc hanc alloquar.

Alcumena. Iupiter.

DVrare nequeo in ædibus: ita me probri.
Stupri. dedecoris a viro argutam meo.
Ea quę ſunt facta: infecta eſſe acclamitat.
Quę neq; ſunt facta: neq; in me admiſi: arguit.
Atq; id me ſuſq; deq; eſſe habituram putat.
Ne ædepol faciam: neq; me perpetiar probri
Falſo inſimulatam: quin ego illum aut deſeram:
Aut ſatiſfaciat mihi: atq; adiuret inſuper
Nolle eſſe dicta: quę in me inſontem protulit.

Iu. Faciundum eſt mihi illud: fieri quod illęc poſtulat:
Si me illam amantem ad ſeſe ſtudeam recipere:
Quãdo ego quod feci factũ: id amphitryoni obfuit:
Atq; ille dudum meus amor negocium
Inſonti exhibuit: nunc autem inſonti mihi
Illius ira in hanc & maledicta expetent.
Al. Et eccum video qui me miſeram arguit
Stupri. dedecoris. Iu. te volo vxor colloqui.
Quo te auertiſti? Al. ita ingenium meum eſt:
Inimicos oſa ſum ſemper obtuerier.
Iu. Eia autem inimicos. Al. ſic eſt. vera prædico.
Niſi etiam hoc falſo dici ſimulaturus es?
Iu. Nimis verecũda es. Al. potĩ es vt abſtineas manũ?
Nam certo ſi ſis ſanus: aut ſapias ſatis:
Quam tu impudicam eſſe arbitrere & prædices.
Cum fatus ſermonem nec ioco nec ſerio
Tibi habeas: niſi ſi ſis ſtultior ſtultiſſimo.
Iu. Si dixi: nihilo magis es: neq; eſſe arbitror.
Et id huc reuerti: vt me purgarem tibi.
Nam nunquam quicquam meo animo fuit ægrius:
Quam poſtquam audiui te eſſe iratam mihi.
Cur dixiſti? inquies: ego expediam tibi.
Non ædepol quo te eſſe impudicam crederem:
Verum periclitatus ſum animum tuum:
Quid faceres: & quo pacto id ferre induceres.
Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi
Ridiculi cauſa. vel hunc rogato ſoſiam.
Al. Quin huc adducis meum cognatũ naucraten
Teſtem quem dudum te adducturum dixeras:
Te huc non veniſſe? Iu. ſi quid dictũ eſt per iocum:
Non æquum eſt id te ſerio præuortier.
Al. Ego illud ſcio quam doluerit cordi meo.
Iu. Per dexteram tuam te alcumena oro obſecro
Da mihi hanc veniam. ignoſce. irata ne ſies.
Al. Ego iſtæc feci verba virtute irrita.
Nunc quando factis me impudicis abſtines;
Ab impudicis dictis auerti volo.
Valeas. tibi habeas res tuas; reddas meas.

Iuben mihi ire comites? Iu. ſanan es? Al. ſi nõ iubes.
Ibo egomet. comitem mihi pudiciciam duxero.
Iu. Mane. arbritratu tuo iuſiurandum dabo
Me meam pudicam eſſe vxorem arbitrarier.
Id ego ſi fallo; tum te ſumme Iupiter
Queſo amphitryoni vt ſemper iratus ſies.
Al. Ah propicius ſit potius. Iu. confido fore.
Nam iuſiurandum verum te aduerſum dedi.
Iam nunc irata non es. Al. non ſum. Iu. bene facis.
Nam in hominum ætate multa eueniũt huiuſmodi.
Capiunt voluptates: capiunt rurſum miſerias.
Iræ interueniunt: redeunt rurſum in gratiam.
Verum iræ ſi quæ forte eueniunt huiuſmodi
Inter eos: rurſum ſi reuentum in gratiam eſt:
Bis tanto amici ſunt inter ſe quam prius.
Al. Primum cauiſſe oportuit: ne diceres.
Verum eadem ſi eiſdem purgas: mihi patiunda ſunt.
Iu. Iube vero vaſa pura adornari mihi:
Vt quæ apud legionem vota voui: ſi domum
Rediſſem: ſaluus ea ego exoluam omnia.
Al. Ego iſtuc curabo. Iu. euocate huc ſoſiam:
Gubernatorem qui in mea naui fuit:
Blepharonem arceſſat: qui nobiſcum prandeat:
Is adeo impranſus ludificabitur:
Quũ ego amphitryonem collo hinc obſtricto trahã.
Al. Mirum quid ſolus ſecum ſecreto ille agat.
Atq; aperiuntur ædes. exit ſoſia.

Soſia. Iupiter. Alcumena.

Amphitryo adſum. ſi qd opus eſt: impera. imperium exequar.
Iu. Optume aduenis. So. iam pax eſt inter vos duos?
Nam quia vos trãquillos video: gaudeo: & volupe eſt mihi.
Atq; ita ſeruum par videtur frugi ſeſe inſtituere:
Proinde heri vt ſint: ipſe item ſit: vultum e vultu comparet.
Triſtis ſit: heri ſi triſtes. hylarus ſit: ſi gaudeant.
Sed age reſponde: iam vos rediſtis in concordiam?
Iu. Derides? qui ſcis hæc iamdudum me dixiſſe per iocum?
So. An id ioco dixiſti? equidem ſerio ac vero ratus.

Iu. Habui expurgationem.facta pax eſt.So.optume eſt.
Iu. Ego rem diuinam intus faciam:vota quę ſunt.So.cenſeo.
Iu. Tu gubernatorem a naui huc euoca verbis meis
Blepharonem:vt re diuina facta mecum prandeat.
So. Iam hic ero:quum illic cenſebis eſſe me.Iu.actutū huc redi.
Al. Nūquid vis:quin abeā iam intro:vt apparetur quib⁹ opuſt:
Iu. Iſane:& quantum potes:fac parata ſint omnia.
Al. Quin venis quando vis intro.faxo haud quicquā ſit morę.
Iu. Recte loquere:& proinde diligentem vt vxorem decet.
Iam hi ambo & ſeruus & hera fruſtra ſunt duo:
Qui me amphitryonem rentur eſſe:errant probe.
Nunc tu diuine huc fac adſis ſoſia.
Audis quę dico:tametſi pręſens non ades:
Fac amphitryonem aduenientem ab ædibus
Vt abigas quouis pacto.commentus ſies.
Volo diludi illum:dum cum hac vſuraria
Vxore nunc mihi morigero:hęc curata ſient:
Fac ſis proinde adeo:vt velle me intelligis.
Atq͡ꝫ vt miniſtres mihi:cum mihi ſacrificem.

Mercurius.

COncedite:atq͡ꝫ abſcedite:omnes de via decedite:
Nec quiſquā tā audax fuat hō:qui obuiam obſiſtat mihi.
Nam mihi quidē hercle qui minus liceat deo minitarier
Populo:vt decedat mihi:quam ſeruulo in comœdiis:
Ille nauem ſaluam nunciat:aut irati aduentum ſenis.
Ego ſum Iouis dicto audiens.eius iuſſu nunc huc me affero.
Quamobrem mihi magis par eſt de via decedere &,concedere.
Pater vocat me.eum ſequor.eius dicto imperio ſum audiens:
Vt filium bonum patri eſſe oportet.itidem
Amanti ſupparaſitabor.horto.aſto.admoneo.gaudeo.
Siquid patri volupeſt.voluptas ea mihi multo maximaſt.
Amat.ſapit.recte facit:animo quando obſequitur ſuo:
Quod omnes homines facere oportet:dum id modo fiat bono.
Nunc amphitryonem vult deludi meus pater.faxo probe.
Iam hic deludetur ſpectatores vobis ſpectantibus.
Capiam coronam mihi in caput.aſſimulabo me eſſe ebrium.
Atq͡ꝫ illuc ſurſum aſcendero:inde optume ciſpellam virum
De ſupero.quum huc acceſſerit:faciam vt ſit madidus ſobrius.

Deinde ille actutum ſufferet ſuus ſeruus pœnas ſoſia.
Eum feciſſe ille hodie arguet: quę ego fecero hic. quid eſt mea?
Meo me æquum eſt morigerꝶ patri: eius ſtudio ſeruire addecet.
Sed eccum amphitryonē. aduenit: iam ille hic deludetur probe:
Si quidem vos vultis auſcultando operam dare.
Ibo intro: ornatum capiam qui potius decet.
Deinde ſurſum aſcendam in tectum: vt illum hinc prohibeam.

Amphitryo.

NAucraten quem conuenire volui: in naui non erat.
Neqꝫ domi: neqꝫ in vrbe inuenio quēquam qui illū viderit.
Nam omnis plateas perreptaui. gymnaiſa. myropolia.
Apud emporium atqꝫ in macello. in paleſtra: atqꝫ in foro.
In medicinis. in tonſtrinis. apud omnis ædis ſacras.
Sum defeſſus quęritando. nuſquam inuenio naucraten.
Nunc domum ibo: atqꝫ ex vxore hanc rem pergam exquirere:
Quis fuerit quem propter corpus ſuum ſtupri compleuerit.
Nam me quam illam quęſtionem inquiſitam hodie amittere
Mortuum ſatius eſt. ſed ædis occluſerunt. euge pariter hoc fit:
Atqꝫ vt alia facta ſunt. feriam foris. aperite hoc:
Heus ecquis hic eſt? ecquis hoc aperit oſtium?

Mercurius. Amphitryo.

QVis ad fores? Am. ego ſum. Me. q̄d ego ſum? Am. ita loquor.
Me. Tibi iupiter diqꝫ oēs irati certo ſunt: qui frangas fores.
Am. Quo modo? Me. eo modo vt profecto viuas ætatem miſer.
Am. Soſia. Me. ita ſum ſoſia:: niſi me eſſe oblitum exiſtimas.
Quid nunc vis? Am. ſceleſte at etiā quid velim id tu me rogas?
Me. Ita pene effregiſti fatue foribus cardines.
An foris cenſebas nobis publicitus præberier?
Quid me aſpectas ſtolide? q̄d nunc vis tibi? vt quis tu es homo?
Am. Verbero etiam quis ego ſim me togitas? vlmorū aceruuſ?
Quem pol ego hodie ob iſtæc dicta faciam feruentem flagris.
Me. Prodigū te fuiſſe oportet olim in adoleſcētia. Am. qui duꝫ?
Me. Quia ſenecta ætate a me mendicas malum.
Am. Cum cruciatu tuo iſtæc hodie verna verba funditas.
Me. Sacrufico ego tibi. Am. qui? Me. quia enim te macto.

Blepharo. Amphitryo. Iupiter.

VOs inter vos iſthęc partite.ego abeo.mihi negocium eſt.
Neq; ego vnquam vſq; tanta mira me vidiſſe cenſeo.
Am.Blepharo q̄ſo te vt aduocatꝰ mihi adſis:ne ve abeaſ.Ble.vale
Quid opuſt me aduocato:qui vtri ſim aduocatus neſcio.
Iu. Intro ego hinc eo.alcumena parturit.Am.perii miſer.
Quid ago?quem aduocati iam atq; amici deſerunt?
Nunquam ædepol me inultus iſtic ludificauit:quiſquis eſt.
Nam iam ad regem recta me ducam:reſq; vt facta eſt eloquar.
Ego pol illum vlciſcar hodie theſſalum veneficium:
Qui peruerſe perturbauit familię mentem meę.
Sed vbi illeſt?intro ædepol abiit credo ad vxorem meam.
Qui me thebis alter viuit miſerior?quidnam agam?
Quem omnes mortales ignorant:& ludificant vt lubet.
Certuſt interumpam in ædibus.vbi quēq; hominem aſpexero:
Siue ancillam:ſiue ſeruum:ſiue vxorem:ſiue aldulterum:
Seu patrem:ſiue auum videbo:obtruncabo in ædibus.
Neq; me iupiter neq; di omnes id prohibebunt:ſi volunt.
Quin ſic faciam vt conſtitui.pergam in ædibus nunc iam.

Brontia ancilla. Amphitryo.

O Apes at opes vitę meę iacent ſepultę in pectore:
Neq; vllaſt confidentia iam in corde: quin amiſerim.
Ita mihi videntur omnia.mare.terra.cœlum conſequi
Iam vt opprimar:vt enecer.me miſeram:quid agam neſcio:
Ita tanta mira in ædibus ſunt facta.vę miſerę mihi
Animo maleſt.aquā velim.corrupta ſum:atq; abſumpta ſum.
Caput dolet:neq; audio:nec oculis proſpicio ſatis:
Nec me miſerior fœmina eſt:neq; vlla videatur magis:
Ita herę meę hodie contigit.nā vbi parturit: deos ſibi inuocat.
Strepitꝰ.crepitꝰ.ſonitꝰ.tonitrꝰ vt ſubito.vt ꝓpe.vt valide tonuit.
Vbi quiſq; inſtiterat:concidit crepitu.ibi neſcio quis maxima
Voce exclamat.alcumena adeſt auxilium.ne time.
Et tibi & tuis propicius cæli cultor aduenit.
Exurgite inquit:qui terrore meo occidiſtis pręmetu.
Vt iacui:exurgo.ardere cenſui ædis:ita tum fulgebant.
Ibi me inclamat alcumena.iam ea res horrore afficit.
Herilis pręuertit metus.accuro vt ſciſcam quid velit.
Atq; illam geminos filios pueros peperiſſe conſpicor.

Necꝫ noſtrum quiſquam ſenſimus quum peperit:
Necꝫ prꝑuidimus.ſed hoc quid? quis hic eſt ſenex
Qui ante ædis noſtras ſic iacet? numnam hunc percuſſit iupiter?
Credo ædepol.nam proh iupiter ſepultus eſt quaſi ſit mortuus.
Ibo & cognoſcam quiſquis eſt.amphitryo hic quidem.
Amphitryo.Am.perii.Bro.ſurge.Am.interii.Bro.cedo manũ.
Am. Quis me tenet?Bro.tua bromia ancilla.
Am. Totus timeo:ita me increpuit iupiter.
Nec ſecus eſt: quam ſi ab acheronte veniam.ſed quid tu foras
Egreſſa es?Bro.eadem nos formido timidas terrore impulit.
In ædibus tu vbi habitas:nimia mira vidi.vę mihi
Amphitryo:ita mihi aĩus etiã nunc abeſt.Am.agedum expedi.
Scin me tuũ eẽ herũ amphitryonẽ? Bro.ſcio. Am. vide etiã nũc?
Bro. Scio.Am.hæc ſola ſarcam geſtat mea familiarium.
Bro. Immo oẽs ſani ſunt profecto.Am.at me vxor inſanũ facit
Suis fœdis factis.Bro.at ego faciam tu idem vt aliter prædices:
Amphitryo piam & pudicam eſſe tuam vxorẽ vt ſcias.
De ea ſigna atꝗ argumenta paucis verbis eloquar.
Omnium primum alcumena geminos peperit filios.
Am.Ain tu gẽinos?Bro.gemios.Am.di me ſeruãt.Bro.ſine me
Vt ſcias tibi tuæꝗ vxori deos eſſe omnis propitios. (dicere:
Am. Loquere.Bro.poſtquã parturire hodie vxor occœpit tua:
Vbi vtero exorti dolores vt ſolent puerperæ:
Inuocat deos immortales:vt ſibi auxilium ferant
Manibus puris.capite operto.ibi continuo contonat.
Sonitu maximo.ædes primo ruere rebamur tuas.
Aedes totæ confulgebant tuæ:quaſi eſſent aureæ.
Am. Quæſo abſoluito hinc me extẽplo:quãdo ſatis deluſeris.
Quid fit deinde?Bro.dum hæc aguntur:in terea vxorem tuam
Necꝫ gementem necꝫ plorantem noſtrũ quiſquã audiuimus:
Ita profecto ſine dolore peperit.Am.iam iſtuc gaudeo:
Vtut erga me merita.Bro.mitte iſtæc:atꝗ hæc quæ dicã accipe.
Poſtquã peperit pueros:lauere iuſſit nos.occœpimus.
Sed puer ille quem ego laui vt magnus eſt:& multum valet?
Necꝫ eum quiſquam colligare quiuit in cunabulis.
Am. Nimia mira memoras:ſi iſtæc vera ſunt.diuinitus
Non metuo:quin meę vxori latę ſuppetię ſient.
Bro. Magis iam faxo mira dices.poſtquã in cunas conditus eſt:

Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo
Maximi.continuo extollunt ambo capita.Am.hei mihi.
Bro. Ne paue. ſed angues oculis omnis circunuiſere.
Poſtquã pueros conſpicati pergunt ad cunas citi.
Ego cunas receſſim vorſum trahere & ducere
Metuens pueris:mihi formidans:tantoq; angues acrius
Perſequi.poſtquã conſpexit angues ille alter pauet.
Alter apprehendit eos manu perniciter.
Citus e cunis exilit. facit recta in anguis impetum.
Am. Mira memoras.nimis formidoloſum prædicas facinus.
Nam mihi horror mẽbra miſero perciit dictis tuis.
Quid fit deinde porro loqre.Bro.puer ambos anguis enecat.
Dum hæc aguntur:voce clara exclamat vxorem tuam.
Am. Quis hõ? Bro.ſummus ĩperator diuũ atq; hoĩum iupiter.
Is ſe dixit cum alcumena clam conſuetum cubilibus:
Eumq; filium ſuum eſſe:qui illos angues vicerit.
Alterum eſſe tuum dixit puerum.Am.pol me haud pœnitet
Scilicet boni dimidium mihi diuidere cum ioue.
Abi domum. iube vaſa pura actutum adornari mihi:
Vt iouis ſupremi multis hoſtiis pacem expetam.
Ego tireſiam coniectorem aduocabo & conſulam:
Quid faciundum cenſeat:ſimul hanc rẽ vt facta eſt:eloquar.
Sed quid hoc? quã valide tonuit.di obſecro veſtrã fidem.

Iupiter.

BOno animo es.adſum auxilio amphitryo tibi & tuis.
Nihil eſt quod timeas.hariolos.haruſpices
Mitte omnis.quæ futura & quæ facta eloquar:
Multo adeo melius quã illi:quũ ſum iupiter.
Primum omnium alcumenę vſuram corporis
Cœpi.ex concubitu grauidam feci filio:
Tu grauidam item feciſti:quum in exercitum
Profectus.vno partu duos peperit ſimul.
Eorum alter noſtro qui eſt ſuſceptus ſemine:
Suis factis te immortali afficiet gloria.
Tu cum alcumena antiquam in gratiam
Redi.haud promeruit quamobrem vicio verteres.
Mea vi ſubacta eſt facere.ego in cœlum migro.

FAciam ita vt iubes:& te oro promiſſa vt ſerues tua.
Ibo ad vxorem intro.miſſum faciam tireſiam ſenem.
Nunc ſpectatores iouis ſummi cauſa clare plaudite.
Idem lepos luduſq; in hac comœdia.
Ridicula res eſt.date benigne operam mihi:
Vt vos item alias:pariter nunc mars adiuuet.

Argumentum.

AManti argento filio auxiliarier
Sub imperio viuens volt ſenex vxorio.
Itaq; ob aſinos relatum precium ſaureæ
Numerari iuſſit ſeruo leonidæ.
Ad amicam id fertur.cedit noctem filius.
Riuinus amens ob raptam mulierem
Is rem omnem vxori per paraſitum nunciat.
Accurit vxor:ac virum eius triſte agit.

Plauti poetæ clariſſ. Aſſinaria.

Prologus.

HOc agite ſultis ſpectatores nunc iam.
Quæ quidem mihi atq; vobis res vortat bene
Gregiq; huic & dominis atq; conductoribus.
Face iam nunc tu præco omnem auritum populum.
Age nunc reſide:caue modo ne gratis.
Nunc quid proceſſerim huc:& quid mihi voluerim:
Dicam:vt ſciretis nomen huius fabulæ.
Nam quod ad argumentum attinet:ſane breueſt.
Nunc quod me dixi velle vobis dicere.
Dicam.huic nomen græce onagoſt fabulæ.
Demophilus ſcripſit.marcus vortit barbare.
Aſinariam volt eſſe ſi per vos licet.

Libanus ſeruus. Demenetus ſenex.

SIcut tuum vis vnicum gnatum tuæ
Supereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem:
Ita te obteſtor per ſenectutem tuam:
Perq; illam quam tu metuis vxorem tuam:
Si quid me erga hodie falſum dixeris:
Vt tibi ſuperſtes vxor ætatem ſiet:

Atq; illa viua viuus vt peſtem oppetas.
De. Per deum fidium quęris:iurato mihi
Video neceſſe eſſe eloqui quicquid roges:
Ita me obſtinate aggreſſus:vt non audeam
Profecto percunctanti quin promam omnia.
Proinde actutum iſtuc quid eſt:quod ſcire expetis
Eloquere:vt ipſe ſcibo:te faciam vt ſcias.
Li. Dic obſecro hercle ſerio:quod te rogem.
Caue mihi mēdacii quicquā.De.quin tu ergo rogas?
Li. Num me illuc ducis:vbi lapis lapidem terit?
De. Quid iſtuc eſt? aut vbi iſtuc eſt terrarum loci?
Li. Vbi flēt nequā homines:qui polētam pinſitant
Apud fuſtidinas ferri crepidinas inſulas.
Vbi viuos homines mortui incurſant boues.
De. Quid iſtuc eſt:aut vbi iſtuc ſit nequeo noſcere
Vbi flent nequam homines: qui polētam pinſitant.
Modo pol percepi libane:quid iſtuc ſit loci.
Vbi fit polenta te fortaſſe dicere.Li.ah.
Neq; hercle ego iſtuc dico:nec dictum volo.
Teq; obſecro hercle:vt quę locutus deſpuas.
De. Fiat.geratur mos tibi.Li.age age vſq; excrea.
De. Etiam ne?Li.age quęſo hercle vſq; ex penitis faucibus.
Etiam amplius.De.nam quouſq;?Li.vſq; ad mortem volo.
De. Caueſis malam rem. Li. vxoris dico non tuam.
De. Dono te ob iſtuc dictum:vt expers ſis metu.
Li. Di tibi dēt quęcūq; optes.De.redde operā mihi.
Cur hoc ego ex te quęram?aut cur miniter tibi?
Propterea quod me neſcientem feceris:
Aut cur poſtremo filio ſucccenſeam
Patres vt faciunt cæteri.Li.quid iſtuc noui eſt?
De. Equidem ſcio iam:filius quod amet meus
Iſtanc meretricem e proximo philenium.
Eſt ne hoc vt dico libane?Li.rectam inſtas viam.
Ea res eſt.ſed eum morbus inuaſit grauis.
De.Quid morbi eſt?Li.qa nō ſuppetunt dictis data.
De. Tun es adiutor nunc amanti filio?
Li. Sum vero:& alter noſter eſt leonida.
De. Bene hercle facitis: & a me initis gratiam:

Verum meam vxorem libanc neſcis qualis ſiet?
Li. Tu primus ſentis:nos tamen ponoſcimus.
De. Fateor eam eſſe importunam: atq; incõmodã.
Li. Poſterius iſtuc dicis:quam credo tibi.
De. Omnes parentes libane liberis ſuis
Qui mihi auſcultabunt:facient obſequelam:
Quippe qui mage amico vtãtur gnato & beneuolo.
Atq; ego me id facere ſtudeo.volo amari a meis.
Volo mei patris me ſimilem:qui cauſa mea
Nauclerio ipſe ornatu perfallaciam
Quam amabam:abduxit a lenone mulierem.
Neq; puduit eum id ætatis ſycophantias
Struere:& beneficiis me emere gnatum ſuum ſibi.
Eos me decretumſt perſequi mores patris.
Nam me hodie orauit argyrippus filius:
Vt ſibi amanti facerem argenti copiam:
Et id ego percupio obſequi gnato meo.
Volo amori obſecutũ illius: volo amet me patrem:
Quanquam illum mater arcte cotenteq; habet:
Patres vt coſueuerunt.ego mitto omnia hæc:
Præſertim quum is me dignum quoi crederet:
Habuit:me habere honorem eius ingenio decet.
Quũ me adiit vt pudẽtẽ gnatum æquũ eſt: patrem.
Cupio eſſe amicæ quod det argentum ſuæ.
Li. Demiror quid ſit.& quo euadat ſum in metu.
De. Equidem iam ſcio:filius quod amet meus.
Li. Cupis id:quod cupere te nequicquã intelligo.
Dotalem ſeruum ſauream vxor tua
Adduxit:cui plus in manu ſit quam tibi.
De. Argentum accepi dote:imperium vendidi.
Nunc verba in pauca conferam:quid te velim.
Viginti iam vſuſt filio argenti minis.
Face id vt paratum iam ſit.Li.vnde gentium?
De. Me defraudato. Li.maximas nugas agis.
Nudo detrahere veſtimenta me iubes?
Defrudem te ego? ageſis tu ſine pennis vola.
Te ne ego defrudem? quoi ipſi nihil eſt in manu:
Niſi quid tu porro vxorem defrudaueris?

De. Qua me: qua vxorem: qua tu ſeruũ ſauream
Potes circunducere. aufer. promitto tibi
Non offuturum ſi id hodie effeceris.
Li. Iubeas vna opera me piſcari in aere:
Venari autem retiaculo in medio mari.
De. Tibi optionem ſumito leonidam.
Fabricare quid vis. quid vis comminiſcere.
Perficio argentum hodie vt habeat filius:
Amicæ quod det. Li. quid ais tu demenete.
Quid ſi forte in inſidias deuenero:
Tu redimes me ſi me hoſtes interceperint?
De. Redimam. Li. tũ tu igitur aliud cura quidlubet.
Eo ego ad forum: niſi quid vis. De. fiet. ne ambula.
Atq; audin etiã. Li. ecce. De. ſi quid te volã: vbi eris?
Li. Vbicunq; libitum erit aĩo meo. profecto nemo ẽ
Quem iam de hinc metuam mihi:
Ne quid nocere mihi poſſit: quum tua oratione
Omnem animum oſtendiſti tuum.
Quin te quoq; ipſum faciam haud magni: ſi hoc patro.
Pergam quo occœpi: atq; ibi conſilia exordiar.
Audin tu? apud archibulum ego ero argentarium.
De. Nempe in foro? Li. ibi ſi quid opus fuerit. De. meminero
Non eſſe ſeruus peior hoc quiſquam poteſt:
Nec magis verſutus: nec quo abcaueas ægrius.
Eidem homini ſi quid recte curatum velis:
Mandes. moriri ſeſe mauolet:
Quam non perfectum reddat: quod promiſerit.
Nam ego illud argentum tam paratum filio
Scio eſſe: quam me hunc ſcipionem contui.
Li. Sed quid ego ceſſo ire ad forum: quod inceperam?
Atq; ibi manebo apud argentarium.

Argyrippus Adoleſcens.

SIccine hoc fit: foras ædibus me eiici
Promerenti optume? hoccine precii redditur?
Bene merenti mala es: male merenti bona es.
At malo cum tuo. nam iam ex hoc loco
Ibo ego ad tres viros: veſtraq; ibi nomina

Faxo erunt capitis.te perdam ego & filiam
Perlecebræ.pernicies.adoleſcentum exitium.
Nam mare haud eſt mare:vos mare accerrimum.
Nam in mari repperi:hic elaui.bonis
Ingrata:atq; irrita eſſe omnia intellego
Quæ dedi:& quod bene feci.at poſthac tibi
Male quod potero facere faciam:meritoq; faciam tuo.
Ego pol te redigam:eodem vnde orta es:ad egeſtatis terminos.
Ego ædepol te faciam:vt quę ſis nunc: & quę fueris ſcias.
Que priuſquā iſtam adii: atq; amans ego animum meū iſti dedi:
Sordido vitam oblectabas pane in panis inopia,
Atq; ea ſi erant:magnas habebas omnibus dis gratias.
Eadem nunc quum eſt melius:me cuius opera eſt ignoras mala.
Reddam ego te ex fera fame manſuetem.me ſp ecta modo.
Nam iſti quid ſucenſeam ipſi nihil eſt:nihil quicquā meret.
Tuo facit iuſſu.tuo imperio paret. mater tu. eadem hera es.
Te ego vlciſcar.te ego vt digna es perdam:atq; vt de me meres.
At ſceleſta viden vt ne id quidem me dignum eſſe exiſtimat
Quem adeat:quem colloquatur: cuiq; irato ſupplicet.
Atq; eccam illecebra exiit tandem opperior hic ante oſtium.
Meo modo loquar quę volam:quoniā intus nō licitū eſt mihi.

Lena clereta. Argyrippus adoleſcens.

VNum quodq; iſtorū verbum nummis philippeis aureis:
Non poteſt auferre hinc a me:ſi quis emptor venerit.
Hæc recte quæ tu in nos dicis: aurum atq; argētum merumſt.
Fixus hic apud nos eſt animus tuus clauo cupidinis.
Remigio veloq; quantum poteris:feſtina & fuge.
Quam magis te in altum capeſſis:tam æſtus te in portū refert.
Ar. Ego pol iſtum portitorem priuabo portorio.
Ego te dehinc vt merita es de me & mea retractare exequar.
Quom tu me vt meritus ſum non tractas.quę eiicis domo.
Le. Magis iſtuc percipimus lingua dici:quam factis fore.
Ar. Solus ſolitudine ego te atq; ab egeſtate abſtuli.
Solus ſi ductem:referre gratiam nunquam potes.
Le. Solus ductato:ſi ſemper ſolus quę poſcam dabis.
Semper tibi promiſſum habeto hac lege:dum ſuperes datis.
Ar. Qui modus dandi?nam nūquam tu quidem expleri potes.

Modo quidē accepiſti.haud multo poſt aliqd qđ poſcas:paras.
Le. Quid in odiſt?ductando amando nunquā ne expleri potes?
Modo remiſiſti:continuo iam vt remittam ad te rogas.
Ar. Dedi equidē quod mecū egiſti.Le.& tibi ego miſi mulierē.
Par pari datum hoſtimentuſt opera pro pecunia.
Ar. Male agis mecum.Le.quid me accuſas: ſi facio officiū meū?
Nam neq; vſquā fictū:nec pictum:neq; ſcriptum in poematis
Vbi lena bene agat:cum quiquā amante quæ frugi eſſe volt.
Ar. Mihi quidem te parcere æquū eſt tandē:vt tibi durem diu.
Le. Non tu ſcis quæ amanti parcet:eadem ſibi parcet parum.
Quaſi piſcis itidem eſt amator lenæ.nequam eſt niſi recens.
Is habet ſucum.is ſuāuitatem.eum quouiſpacto condias.
Vel patinarium:vel aſſum:verſes quo pacto lubet.
Is dare volt.is ſe aliquid poſci.nam vbi de pleno promitur:
Neq; ille ſcit quid det:quid damni faciat:illi rei ſtudet.
Volt placere ſeſe amicæ. volt mihi.volt pediſſequæ.
Volt famulis. volt etiam ancillis.& quoq; catillo meo.
Sublanditur nouos amator:ſe vt quum videat:gaudeat.
Vera dico.ad ſuum quēq; hoiem quæſtū eſſe æquū eſt callidū.
Ar. Perdidici iſtęc eſſe vera damno cum magno meo.
Le. Sic caſtor nunc habeas quod des:alia verba perhibeas.
Nunc quia nihil habes:maledictis tu eam ductare poſtulas.
Ar.Nō meū eſt.Le.nec meū quidē ædepol ad te vt mittā gratis:
Verum ętatis atq; honoris gratia hoc fier tui:
Quia nobis lucro fuiſti potius quam decori tibi.
Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum:
Hanc tibi noctem honoris cauſa gratis dono dabo.
Ar. Quid ſi non eſt?Le.tibi non eſſe credam?illa alio ibit tamē.
Ar. Vbi illęc quę dedi ante?Le.abuſa.nam ſi durarent mihi:
Mulier mitteretur ad te:nunquam quicquā poſcerem.
Diem.aquam.ſolē.lunam.noctem.hęc argento non emo.
Cętera quę volumus vti:gręca mercamur fide.
Quum a piſtore panem petimus:vinum ex œnopolio:
Si æs habent:dant mercem. eadem nos diſciplina vtimur.
Semper oculatę noſtrę ſunt manus.credunt quod vident.
Vet⁹ eſt.nihili coactio ē. ſcis cuius? nō dico amplius.Ar.aliā nunc
Mihi orationem deſpoliato prędicas.
Longe aliam inquam prębes nunc:atq; olim quom dabam.

Aliam atq; olim quom illiciebas me ad te blande ac bene dice.
Tum mihi ædes quoq; arridebant: quom ad te veniebam tuæ.
Me vnice vnum ex omnibus te atq; illam amare aiebas mihi.
Vbi quid dederam: quaſi columbæ pulli in ore ambæ meo
Vſq; eratis. meo de ſtudio ſtudia erant voſtra omnia.
Vſq; adhærebatis. quod ego iuſſeram: quod volueram:
Faciebatis. quod nolebam: ac vetueram: de induſtria
Fugiebatis: neq; conari id facere audebatis prius.
Nunc neq; quid velim: neq; nolim facitis magni peſſimę.
Le. Non tu ſcis. hic noſter quæſtus aucupii ſimillimus eſt.
Auceps quando concinnauit aream: effundit cibum.
Aues aſſueſcunt. neceſſe eſt facere ſumptum: qui quærit lucrum.
Sæpe edunt. ſemel ſi ſunt captæ: rem ſoluunt aucupi.
Itidem hic apud nos. ædis nobis area eſt. auceps ſuam ego.
Eſca eſt meretrix. lectus illex eſt. amatores aues.
Bene ſalutando conſueſcunt. compelando blanditer.
Oſculando. oratione vinula venuſtula.
Si papillam pertractabit: haud eſt ab re aucupi.
Suauium ſi ſumpſit: ſumere eum licet ſine retibus.
Hæccine te eſſe oblitum: in ludo qui fuiſti tamdiu?
Ar. Tua iſta culpa eſt: quę diſcipulũ ſemidoctũ abs te ſemoues.
Le. Remeato audacter: mercedem ſi eris nactus. nunc abi.
Ar. Mane. mane. audi. dic quid me ęquũ cẽſes pro illa tibi dare:
Annum hunc ne cum quiquã alio ſit. Le. tu ne? viginti minas:
Atq; ea lege ſi alius ad me prius attulerit: tu vale.
Ar. At ego eſt ẽt priuſq; abis: qđ volo loqui. Le. dic qđ lubet.
Ar. Non omnino iam perii: eſt reliquum quod peream magis.
Habeo vnde iſtuc tibi quod poſcis dem: ſed in leges meas
Dabo: vt ſcire poſſis perpetuum annum hunc mihi vti ſeruiat.
Ne quẽquã interea alium admittat prorſus quã me ad ſe virum.
Le. Quin ſi tu voles domi ſerui qui ſunt: caſtrabo viros
Poſtremo vt voles nos eſſe: ſyngrapham facito afferas:
Vt voles. vt tibi lubebit nobis legem imponito.
Modo tecum vna argentum afferto: facile patiar cætera.
Ar. Portitorum ſimillimę ſunt ianuę lenonię.
Si affers: tum patent. ſi non eſt quod des: ædes non patent.
Interii: ſi non inuenio ego illas viginti minas.
Et profecto niſi illud perdo argentum: pereundum eſt mihi.

Nunc pergam ad forum:atq; experiar opibus omni copia.
Supplicabo:exobſecrabo:vt quemq; amicum videro.
Dignos indignos adire atq; experire certum eſt mihi.
Nam ſi mutuas non potero:certum eſt ſumam fœnore.

Libanus.

HErcle vero libane non te melius vel expergiſcier
Atq; argento comparando fingere fallaciam?
Iamdiu factum eſt quom diſceſti a b hero:atq; abiſti ad forum:
Igitur inueniundo argento vt fingeres fallaciam.
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitaſti in ocio.
Quin tu ſocordiam omnem abs te reiice: & ſegniciem amoue.
Atq; ad ingenium vetus verſutum te recipis tuum.
Serua herum.caue tu idem faxis:alii quod ſerui ſolent:
Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.
Vnde ſumam? quem interuortam?quo hanc celocem conferam?
Impetritum inauguratuſt.quouis admittunt aues.
Picus & cornix eſt ab leua:coruos porro ab dextera.
Conſuadent.certum hercleſt veſtram conſequi ſententiam.
Sed quid hoc quod picus vlmum tundit? non temerariumſt.
Certe hercle ego quantum ex augurio auſpicii intelligo:
Aut mihi in mundo ſunt virgæ: aut atrienſi ſaureæ.
Sed quid illuc: q̄ examinatus currit huc leonida?
Metuo q̄ illic obſcœnauit meæ falſæ fallaciæ.

Leonida. Libanus Serui.

VBi ego nunc libanum requiram:aut familiarem filium?
Vt ego illos lubentiores faciam:quam lubentiaſt.
Maximam prædā & triumphum eis adfero aduentu meo:
Quando mecum pariter potant:pariter ſcortari ſolent.
Hanc quidem quā nactus prædam:pariter cum illis partiam.
Li. Illic homo ædis compilauit:more ſi fecit ſuo.
Vę illi qui tam indiligenter obſeruauit ianuam.
Le. Aetatem velim ſeruire:libanum vt conueniam modo.
Li. Mea quidem hercle opera liber nunquam fies ocyus.
Le. Etiam de tergo ducentas plagas pręgnantis dabo.
Li. Largitur peculium omne.in tergo theſaurum gerit.
Le. Nam ſi huic occaſioni tempus ſeſe ſubterduxerit:
Nunquam ædepol quadrigis albis indipiſcet poſtea.

Herum in obſidione linquet.inimicum animos auxerit.
Sed ſi mecum occaſionem opprimere hanc quę obuenit ſtudet:
Maximas optimitas & gaudio effertiſſimas
Suis heris ille vna mecum pariet gnatoq; & patri:
Adeo vt ætatem ambo ambobus nobis ſint obnoxii
Noſtro deuincti beneficio.Li.vinctos neſcio quos ait.
Non placet. metuo in cōmune:ne quam fraudem frauſus ſiet.
Le. Perii ego oppido:niſi libanū inuenio iam vbiubi eſt gentiū.
Li. Illic homo ſocium ad malam rem quęrit:quē adiungat ſibi.
Non placet.pro monſtro extēplo eſt:quando qui ſudat tremit.
Le. Sed quid ego hic properās cōceſſo pedibus:lingua largior?
Quin ego hanc iubeo tacere:quę loquens lacerat diem?
Li. Aedepol hominem infœlicem: qui patronam comprimat.
Nam ſi quid ſceleſte fecit lingua:pro illo peierat.
Le. Approperabo:ne poſt tempus pręſidium parem.
Li. Quę illęc pręda eſt? ibo aduorſum:atq; electabo qdquid eſt.
Iubeo te ſaluere voce ſumma:quoad vires valent.
Le. Gymnaſium flagri ſalueto.Li.quid ais cuſtos carceris?
Le. O catenarum colonia.Li.o virgarum laſciuia.
Le. Quot pondo te eſſe cenſes nudum?Li.non ędepol ſcio.
Le. Scibam ego te neſcire:at pol ego qui te expendi:ſcio.
Nudus vinctus centum pondo es:quando pendes per pedes.
Li.Quo argumēto iſtuc?Le.ego dicā quo argumēto & quo mō.
Ad pedes quando alligatus es:ęquum centū pondium.
Vbi manus manicę complexę ſunt atq; aductę ad trabem:
Nec dependic nec propendes:quin malus nequāq; ſis.
Li. Vę tibi.Le.hoc teſtamento ſeruitus legat tibi.
Li. Verbis velitationē fieri compendio volo.
Quid iſtuc neogcii eſt?Le.certū eſt credere.Li. audacter liceat ſis.
Le. Amanti ſubuenire familiari filio:
Tantum adeſt boni de improuiſo.verum commixtum malo.
Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies.
Libane nunc audacia vſus eſt nobis inuenta & dolis.
Tantum facinus modo inuenio ego:vt nos dicamur duo
Omnium digniſſimi eſſe:quo cruciatus confluant.
Li. Ergo mirabar ꝙ dudum ſcapulę geſtibant mihi:
Hariolariq; occœperunt ſibi eſſe in mundo malum.
Quidquid eſt eloquere.Le.magna eſt pręda cū magno malo.

Li. Siquidem omnes coniuratim cruciamenta conferant:
Habeo opinor familiare tergum:ne quæram foris.
Le. Si iſtam fortitudinem animi obtines: ſalui ſumus.
Li. Quin ſi tergo reſoluenda eſt:rapere cupio publicum.
Pernegabo:atq; obdurabo:periurabo deniq;.
Le. Hem iſta virtus eſt:quãdo vſus eſt: qui malum fert fortiter.
Fortiter malum qui patitur:idem poſt potitur bonum.
Li. Quin rem actutum ediſſeris.cupio malum nanciſcier.
Le. Placide ergo vnum quodq; derogita: vt acquieſcã.nõ vides
Me ex curſura anhelitum etiam ducere?Li.age age manſero
Tuo arbitratu:vel adeouſq; dum peris.Le.vbinam eſt herus?
Li. Maior apud forũſt.minor hic eſt intus.Le.iam ſatis eſt mihi.
Li. Tum igitur tu diues es factus? Le.mitte ridicularia.
Li. Mitto.iſtuc quod affers:aures expectant meæ.
Le. Animũ aduerte: vt æque mecũ hęc ſcias.Li.taceo.Le.beas.
Meminiſtin aſinos arcadicos mercatori pellęo
Noſtrum vendere atrienſem?Li.memini.quid tunc poſtea?
Le. Hem ergo is argentum huc remiſit:quod daretur ſaureæ
Pro aſinis.adoleſcens venit modo qui argentum attulit.
Li. Vbi is homoſt?Le.iam deuorandum cenſes:ſi conſpexeris.
Li. Ita enimuero:ſed tamen tu nempe eos aſinos pædicas
Vetulos:claudos:quibus ſubtritæ ad femina iã erant vngulæ.
Le. Ipſos:qui ſubuectebant rure huc virgas vlmeas.
Li.Teneo:atq; idẽ.te hinc vexerũt vinctũ rus.Le. memor es ꝓbe.
Verum in tonſtrina vt ſedebam:me me infit percontans:
Ecquem filium ſtratonis nouerim demenetum?
Dico me nouiſſe extemplo:& me eius ſeruum pręd ico
Eſſe:& ædis demonſtraui noſtras.Li.quid tum poſtea?
Le. Ait ſe ob aſinos ferre argentum atrienſi ſaureę
Viginti minas:ſed eum ſeſe non nouiſſe hominem qui ſiet.
Quum ille elocutus hęc ſit.Li.quid tum?Le.auſculta:ergo ſcies:
Ipſum vero nouiſſe callide demenetum.
Extemplo facio facetum me atq; magnificum virum.
Dico me eſſe atrienſem.ſic hoc reſpondit mihi.
Ego pol ſauream non noui:neq; qua facie ſit ſcio.
Te non æquum eſt ſuccenſere.ſi herum vis demenetum
Quem ego noui:adduce.argentum non morabor:quin feras.
Ego me dixeram adducturum.& me domi pręſto fore.

Ille in balneas iturus eſt. inde huc veniet poſtea.
Quid nunc conſilii captandum cenſes? dic. Li. hem iſtuc ago:
Quo modo argentum interuortam: & aduectorem & ſauream
Iam hoc opus eſt exaſceatum. nam ſi ille argentum prius
Hoſpes huc affert: continuo nos ambo excluſi ſumus.
Nam me hodie ſenex ſeduxit ſolum ſeorſum ab ædibus:
Mihi tibiq; interminatus eſt nos futuros vlmeos:
Ni hodie argyrippo eſſent viginti argenti minę.
Iuſſit vel nos atrienſem vel nos vxorem ſuam
Defraudare: dixit ſeſe operam promiſſam dare.
Nunc tu abi ad forum ad herum: & narra hęc: vt acturi ſumus:
Te ex leonida futurum eſſe atrienſem ſauream:
Dum argentum afferat mercator pro aſinis. Le. faciā vt iubes.
Li. Ego illum interea hic oblectabo prius: ſi forte aduenerit.
Le. Quid ais? Li. quid vis? Le. pugno malā ſi tibi percuſſero:
Mox quum ſauream imitabor: caueto ne ſuccenſeas.
Li. Hercle tu cauebis: ne me attingas: time faxis.
Næ hodie malo cum auſpicio nomen commutaueris.
Le. Queſo æquo aio patitor. Li. patitor tu itē: cū ego te referiā
Le. Dico vt vſus fieri. Li. dico hercle ego quoq;: vt facturus ſum.
Le. Ne nega. Li. quin promitto inquā hoſtire cōtra vt merueris.
Le. Ego abeo. tu iam patiere. ſed quis hic eſt? is eſt.
Ille eſt ipſus. iam ego recurro huc: tu hunc interea hic tene.
Volo ſeni narrare. Li. quin tuum officium facies: ergo hac fugis.

Mercator. Libanus.

UT demonſtratæ ſunt mihi: haſce ædis eſſe oportet:
Demenetus vbi dicitur habitare. i puere pulta:
Atq; atrienſem ſauream ſi eſt intus: euocato huc.
Li. Quis noſtras ſic frangit fores? ohe inquā ſi quid audis?
Me. Nemo etiam tetigit. ſanus ne es? Li. at cenſebam attigiſſe:
Propterea quia huc habebas iter. nolo ego fores cōſeruas meas
A te verberarier. ſane ego ſum amicus noſtris ædibus.
Me. Pol haud periculum eſt: cardines ne foribus effringantur:
Si iſtoc exemplo omnibus qui quærunt: reſpondebis.
Li. Ita hęc morata eſt ianua. extemplo ianitorem
Clamat: procul ſi quem videt ire ad ſe calcitronem.
Sed quid venis? quid queritas? Me. demenetū volebam.

Li. Si ſ't domi:dicam tibi.Me.quid eius atrienſis?
Li. Nihilo magis eſt.Me.vbi eſt?Li.ad tonſorem ire dixit.
Me. Quū veniſſet:poſt non rediit.Li. non ædepol. qd volebas?
Me. Argenti viginti minas ſi adeſſet:accepiſſet.
Li. Qui pro iſtuc?Me.aſinos vendidit pellæo mercatori
Mercatu.Li.ſcio.tu id nunc refers.iam hic credo eum adfuturū.
Me. Qua facie voſter ſaurea eſt?ſi is eſt iam ſcire potero.
Li. Macilentis malis.rufulus.aliquantum ventrioſus.
Truculentis oculis. commoda ſtatura.triſti fronte.
Me. Non potuit pictor rectius deſcribere eius formam.
Li. Atq; hercle ipſum adeo contuor.quaſſanti capite incedit.
Quiſq; obuiam huic occeſſerit irato:vapulabit.
Si quidem hercle æacidinis minis animiſq; expletus incedit.
Me. Si me iratus tetigerit:iratus vapulabit.

Leonida. Mercator. Libanus

QVid hoc ſit negocii?neminem meum dictum magnifacere?
Libanum in tonſtrinam vt iuſſeram venire:is nullus venit.
Nę ille ædepol tergo & cruribus conſuluit haud decore.
Me. Nimis imperioſus eſt.Li.vę mihi hodie.Le.ſaluere iuſſi
Libanum libertum.iam manu emiſſus obſecro te?
Nę tu hercle cum magno malo mihi obuiam occeſſiſti.
Cur non veniſti vt iuſſeram in tonſtrinam?Li.hic me moratus ē?
Le. Siquidem hercle nunc ſummum iouem te dicas detinuiſſe:
Atq; is precator adſiet id malam rem effugies nunquam.
Tu verbero imperium meum contempſiſti?Li.perii hoſpes.
Me. Quęſo hercle noli ſaurea mea cauſa hunc verberare.
Le. Vtinam nūc ſtimulus in manu mihi ſit.Me.quieſce quęſo.
Le. Qui latera conteram tua: quę occalluere plagis.
Abſcede hac.ſine me hunc perdere: qui ſemper me ira incendit.
Cui nunquam vnam rem me licet ſemel præcipere furi:
Quin centies eandem imperem:atq; ogganiā:itaq; iam hercle
Clamore ac ſtomacho non queo labori ſuppeditare.
Iuſſin ſceleſte hac ianua hoc ſtercus hinc auferri?
Iuſſin columnis deiici operas aranearum?
Iuſſin in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris?
Nihil eſt.tanquam ſi claudus ſim:cum fuſtiſt ambulandum.
Quadriduum hoc vnum modo foro operam aſſiduam dedi:

Dum reperiam qui quæritet argentum in fœnus:hic vos
Dormitis interea domi:atq; herus in hara haud ædibus hītat.
Hē ergo hoc tibi.Li.hoſpes te obſecro defende.Me. ſaurea oro
Mea cauſa vt mittas.Le.eho ecquis pro vectura olíui
Reſoluit?Li.reſoluit.Le.cui datum ſt?Li.ſticho vicario ipſi
Tuo.Le.vah delenire apparas.mihi ſcio vicarium eſſe:
Neq; eſſe ſeruum in ædibus heri qui ſit pluris:quam illic ſit.
Sed vina quę heri vendidi vinario exaerambo
Iam pro iis ſatiſfecit ſticho?Li.feciſſe ſatis opinor.
Nam vidi huc ipſum adducere & rapere in ius ita exaerambum.
Le. Sic dedero.prius quę credidi:vix anno poſt exegi.
Li. Nunc ſatagit.adducit domum etiā vltro: & ſcribit nummos.
Le. Dromo mercedem rettulit?Li.dimidio minus opinor.
Le.Quid reliquom?Li.aiebat reddere: quā extēplo redditū eſſet.
Nam retineri vt quod ſit ſibi operis locatum efficeret.
Le. Scyphos quos vtendos dedi philodamo rettulit ne?
Li. Non etiā.Le.hem nunc ſi velis accommoda homini amico.
Me. Perii hercle:iā hic me abegerit ſuo odio.Li. heus iā ſatis tu.
Audin quę loquitur?Le.audio & quieſco.Me.tādem opinor
Conticuit.nunc eadem incipit optimum eſt:priuſquā tinnire.
Quā mox mihi operādas.Le.ehē optume.q̄ dudū tu aduenisti?
Non hercle te præuideram.quęſo ne vitio vortas.
Ita iracundia obſiſtit oculis.Me.non mirum factum eſt.
Sed ſi domi eſt demenetum volebā.Le.negat eſſe intus.
Verum iſtuc argentum tamen mihi eſt:ſi vis denumerare.
Repromittam iſtoc nomine ſolutam rem futuram.
Me. Sic potius vt demeneto tibi hero pręſente reddam.
Li.Herus iſtūc nouit:atq; herū hic.Me. hero huic p̄ſente reddā.
Li. Da domo meo periclo.rem ſaluam ego exhibebo.
Nam ſi ſciat noſter ſenex fidem non eſſe huic habitam:
Succenſeat:qui omnium ſummam rerum ipſus ſemper credidit.
Le. Non magnipendo ne duit.ſi non vult:ſic ſine aſtet.
Li. Da inquam.vah formido miſer:ne hic me tibi arbitretur
Suaſiſſe ne crederes.da quęſo:ac ne formida.
Saluū hercle erit.Me.credā fore:dum quidē ipſe in manu habeo.
Peregrinus ego ſum.ſauręam non noui.Li.at noſce ſane.
Me. Sit non ſit non ædepol ſcio.ſi is eſt:eum eſſe oportet.
Ego certe me incerto ſcio hoc daturum nemini homini.

Le. Hercle iſtum di omnes perdiunt. verbo caue ſupplicaſſis.
Me. Ferox eſt viginti minas meas tractare ſeſe.
Le. Nemo acceptet. aufer te domũ. abſcede hic moleſtus ne ſis.
M. Nimis iracunde. non decet ſuperbum eſſe hominem ſeruũ.
Li. Malo hercle iam magno tuo nunc iſtuc recte dicis.
Impure bili non vides iraſci? Le. perge porro.
Li. Flagitiũ hoīs. da obſecro argētum huic: ne male loquatur.
Me. Malũ hercle vobis q̃ritis. Le. crura hercle diffrigētur. age im
Ni iſtum impudicum percuties. Li. perii hercle. (pudice.
Sceleſte non audes mihi ſceleſte ſubuenire?
Le. Pergin precari peſſimo? Me. quæ res? tun libero homini
Male ſeruos loquere? Le. vapula. Me. id quidem tibi hercle fiet
Vt vapules: demenetum ſimulac conſpexero hodie.
In ius voco te. Le. non eo. Me. non is? memento. Le. memini.
Me. Dabitur pol ſupplicium mihi de tergo veſtro. Le. ve te.
Tibi quidem ſupplicium carnifex de nobis detur? Me. atq; etiam
Pro dictis veſtris male dictis pœnę pendētur mihi hodie.
Le. Quid verbero in tu furcifer? herum noſmet fugitare cēſes?
I nunc iam ad herum. Me. quo vocas? Le. iādudum quo volebas,
Me. Nũc demum tamē nũquā hinc feres argēti nũmũ: niſi me
Dare iuſſerit demenetus. Le. ita facito': a age ambula ergo.
Tu contumeliam alteri facias: tibi non dicantur?
Tā ego hō ſum q̃ tu. Me. ſcilicet ita res eſt. Le. ſequere hac ergo.
Proficiſci hoc diximus: nemo etiam me accuſauit
Merito meo: neq; me athenis alter eſt hodie quiſquam
Cui credi recte æque putent. Me. fortaſſis ſed tamen me
Nunquam hodie induces vt tibi credam hoc argētum ignoto.
Lupus eſt homo homini: non homo: quom qualis ſit nō nouit.
Le. Iam nunc ſecũda mihi facis: ſciebam hoc te capitulo hodie
Facturum ſatis pro iniuria: quanquam ego ſum ſordidatus:
Frugi tamen ſum. nec poteſt peculium enumerari.
Me. Fortaſſe. Le. ēt nũc dico piphanes rhodo mercator diues
Abſente hero ſolus mihi talentum argenti ſoli
Adnumerauit: & mihi credidit: neq; deceptus in eo.
Me. Fortaſſe. Li. atq; etiam tu quoq; ipſe ſi eſſes percunctatus
Me ex aliis ſcio pol credes nũc quod fers. Me. haud negaſſim.

Clereta lena. Philenium meretrix.

NEqueon ego te interdictis facere manſuetam meis?
An ita tu es animata:vt quę matris expers imperii ſies?
Phy. Vbi piem pietatem ſi iſto more morata tibi
Poſtulem placere.mater mihi quo pacto præcipis?
Cle. An decorum eſt aduerſari meis te præceptis? quid eſt?
Hoccine eſt pietatē colere?matris imperium minuere?
Phy. Neq; quæ recte faciunt culpo.neq; quę delinquunt amo.
Cle. Satis dicacula es amatrix.Phy.mater es.quęſtus mihi eſt.
Lingua poſcit.corpus quęrit.animus orat.res monet.
Cle. Ego te volui caſtigare.tu mihi accuſatrix ades.
Phy. Neq; ædepol te accuſo:neq; id me facere fas exiſtimo.
Verum ego meas queror fortunas:quū illo quē amo: ꝓhibeor.
Cle. Ergo vna pars orationis de die dabitur mihi.
Phy. Et meam partem loquendi:& tuam trado tibi.
Ad loquēdum atq; ad tacēdum tu te habeas pertiſculum.
Quin pol ſi repoſuiſti remum:ſola ego in caſteria.
Ibi quieſco.omnis familiæ cauſa conſiſtit tibi.
Cle. Quid ais tu?quam vnam vidi mulierē audaciſſimam.
Quoties te vetui argyrippum filium demeneti
Compellare contrectare:conloquiue:aut contui?
Quid dedit?quid deportari iuſſit ad nos?an tu tibi
Verba blanda eſſe aurum rere?dicta docta pro datis?
Vltro amas.vltro expeteſſis.vltro ad te accerſi iubes.
Illos qui dant:eos derides.qui deludunt:dederis.
An te id expectare oportet:ſi quis promittat tibi:
Te facturam diuitem?ſi moritur mater ſua?
E caſtor nobis periculum magnum & familiæ portēditur
Demeneti ſi expectamus mortem:ne nos moriamur fame.
Nunc adeo niſi mihi huc argēti affert viginti minas:
Næ ille ecaſtor hinc trudetur largus lachrymarum foras.
Hic dies ſummę eſt apud me inopię excuſatio.
Phy. Patiar ſi cibo carere me iubeas mater mea.
Cle. Non veto te amare qui dant:qui amētur gratia.
Phy. Quid ſi hic aīus occupatus eſt mī? qd faciā mone.Cle. hem
Meum caput contēples:ſi quidem ex re conſultas tua.
Phy. Etiam opilio qui paſcit mater alienas ouis:
Aliquam habet peculiarem:qui ſpem ſoletur ſuam.
Sine me amare vnum argyrippum animi cauſa:quem volo.

Cle. Intro abi.nam te quidē ędepol nihil eſt impudentius.
Phy. Audientem dicto mater produxiſti filiam.

Leonida. Libanus. Serui

PErfidię laudes gratiaſq; habeamus merito magnas
Cum noſtris ſycophantiis.dolis.aſtutiiſq;.
Scapularum confidentia. virtute vlmorum freti:
Qui aduorſum ſtimulos.laminas.cruceſq;.compedeſq;.
Neruos.catenas carceris.numelas. pedicas.boias.
Tortoreſq; acerrimos gnaroſq; noſtri tergi:
Qui ſępe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt:
Eę nunc legiones.copię.exercituſq; furum
Vi pugnando periuriis noſtris euge potiti:
Id virtute huius collegæ: meaq; comitate
Factum eſt.Li.qui me vir fortior ad ſufferendas plagas?
Le. Aedepol virtutes qui tuas nunc poſſit conlaudare
Sicut ego poſſim quę domi duelliq; male feciſti?
Nę illa ędepol pro merito nunc tuo memorari multa poſſunt.
Vbi fidentem fraudaueris.vbi hero infidelis fueris.
Vbi verbis conceptis ſciens libenter periuraris.
Vbi parietes perfoderis.in fruto vbi ſis prehenſus.
Vbi ſæpe cauſam dixeris pendens aduerſus octo
Aſtutos audacis viros valentis virgatores.
Li. Fateor profecto:vt prędicas leonida eſſe vera.
Verum ædepol ni etiam tua quoq; malefacta iterari multa
Et vero poſſunt:vbi ſciens fideli infidus fueris.
Vbi prehenſus in furto ſcies:& manifeſto verberatus.
Vbi periuraris:vbi ſacro manus ſis admolitus.
Vbi heris damno:moleſtię: & dedecori ſępe fueris.
Vbi creditum tibi ſit:tibi datum eſſe pernegaris.
Vbi amicę: quam amico tuo fueris magis fidelis.
Vbi ſępe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictoris vlmis adfectos lentis virgis.
Nummale relata eſt gratia?collegam collaudaui?
Le. Vt meq; teq; maxime atq; ingenio noſtro decuit.
Li.Iam omitte iſta:atq; hoc qđ rogo reſpōde.Le. rogita qđ vis.
Li. Argenti viginti minas habeſne?Le.hariolare.
Aedepol ſenem demenetum lepidum fuiſſe nobis;

Vt adſſimulabat ſauream me eſſe quam facete.
Nimis ægre riſum continui: vbi hoſpitem inclamauit:
Quod ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet:
Vt memoriter me ſauream vocabat atrienſem.
Li. Manedũ.Le.qd eſt?Li.phileniũ eſt ne hæc: quę intus exit:
Atq; argyrippus vna?Le.opprime os ẽt. is eſt.ſubauſcultemus.
Lachrymantem lanicia tenet lachrymãs: quid nam eſſe dicam?
Tacite auſcultemus. Li.atat modo hercle in mentem venit.
Nimis vellem habere perticam. Le.quoi rei? Li. qui verberarem
Aſinos: ſi forte occeperint clamare hinc ex crumina.

Argyrippus. Philenium. Libanus. Leonida.

CVr me retentas? Ph.quia tui amans abeuntis egeo.
Ar. Vale. Ph.aliquanto amplius valerem: ſi hic maneres.
Ar. Salue. Ph.ſaluere me iubes: quoi tu abiens affers morbum.
Ar. Mater ſupremum mihi tua dixit: domum ire iuſſit.
Ph. Acerbum funus filiæ facit ſi te carendum eſt.
Li. Hõ hercle excluſus eſt foras. Le.ita res ẽ. Ar.mitte quæſo.
Ph.Quo nũc abis? Quin tu hic mães? Ar.nocte ſi voles mãebo.
Li. Audin hunc opera vt largus eſt nocturna? nunc enim eſt
Negocioſus interdius. videlicet ſolon eſt:
Leges vt conſcribat: quibus ſe populus teneat. gerræ.
Qui ſeſe parere apparent huius legibus: profecto
Nunquam bonæ frugi ſient. dies noctesq; potent.
Le. Næ iſte hercle ab iſta non pedem diſcedat: ſi liceſſit:
Qui nunc feſtinat: atq; ab hac minatur ſeſe abire.
Li. Sermoni iam finem face tuo. huius ſermonem accipiam.
Ar. Vale. Ph.quo properas? Ar.bene vale. apud orcũ te videbo.
Nam equidem me iam quantum poteſt a vita abiudicabo.
Ph. Cur tu obſecro immerito meo me morti dedere optas?
Ar. Ego te? quam ſi intelligam deficere vita: iam ipſe
Vitam meam tibi largiar: & de mea ad tuam addam.
Ph. Cur ergo minitaris tibi te vitam eſſe amiſſurum?
Nam quid me facturam putas: ſi iſtuc quod dicis faxis.
Mihi certum eſt efficere in me omnia tandẽ: quę tu in te faxis.
Ar. O melle dulci dulcior mihi tu es. Ph.certe.n. tu vita es mihi.
Complectere. Ar.facio lubens. Ph.vtinam ſic efferamur.
Le. O libane vt miſer eſt homo: qui amat. Li.immo hercle vero

Qui pendet multo eſt miſerior.Le.ſcio: qui periclum feci.
Circunſiſtamus alter hinc:hinc alter.appellemus.
Li. Here ſalue.Le.ſed nũ fumus eſt hæc mulier: q̄ amplexare?
Art. Qui dũ?Li.quia oculi ſunt tibi lachrymantes : ego rogaui.
Ar. Patronus qui vobis fuit futurus:perdiſtis.
Li. Equidẽ hercle nullũ perdidi ideo: quia nunq̄ vllum habui.
Le. Philenium ſalue.Ph.diunt di quę velitis vobis.
Li. Noctem tuam & vini cadum velim:ſi optata fiant.
Ar. Verbũ caue faxis verbero.Li.tibi equidem: nõ mihi opto.
Ar. Tũ tu igitur loquere:quod lubet.Li. hũc hercle verberare.
Le. Quiſnam iſtuc tibi ad credat cinede calamiſtrate?
Tun verberes:qui pro cibo habeas te verberari?
Ar. Vt veſtrę fortunę meis pręcedunt libane longe:
Qui hodie vſq; ad veſperum viuam.Li.qua propter quæſo?
Ar.Quia ego hãc amo:& hæc me amat.huic qđ dẽ: nuſq̄ qcq̄ ẽ.
Hinc me clamantem ex ædibus delegit huius mater.
Argenti viginti minæ me ad mortem appulerunt.
Quas hodie adoleſcens diabulus ipſe daturus dixit:
Vt hanc ne quoquam mitteret niſi ad ſe hunc annum totum.
Videtin viginti minę quid pollent? quidue poſſunt?
Ille qui illas perdit ſaluus eſt:ego qui non perdo pereo.
Li. iã dedit argentũ?Ar.nõ dedit.Li.bono aĩo es:ne formida.
Le. Secede huc libane:te volo.Li.quid vis?Ar.obſecro vos
Eadem iſtac opera ſuauius eſt complexos fabulari.
Li. Non eadem omnia atq; omnibus here ſuauia eſſe ſcito.
Vobis eſt ſuaue amantibus complexos fabulari.
Ego complexũ huius nihil moror:meũ autem hic aſpernatur.
Proinde iſtuc facias ipſe:quod faciamus nobis ſuades.
Ar. Ego vero & quidem ædepol lubens. interea ſi videtur:
Concedite iſtuc.Le.vin herum deludi? Li.dignum eſt ſane.
Le. Vin faciam vt me philenium præſente hoc amplexetur?
Li. Cupio hercle.Le.ſequere hac. Ar.ecquid ſalutis locuti?
Le. Auſcultate:atq; operam date:& mea dicta deuorate.
Primum omnium ſeruos tuos nos eſſe non negamus.
Sed ſi tibi viginti minę argenti proferentur:
Quo nos vocabis nomine? Ar.libertos.Le.non patronos?
Ar. Id potius.Le. viginti minę hic inſunt in crumina.
Has ego ſi vis,tibi dabo.Ar.di te ſeruaſſint ſemper.

Cuſtos herilis.decus populi.theſaurus copiarum.
Salus interioris corporis:amoriſqȝ imperator.
Hic pone:hic iſtam colloca cruminam in collo plane.
Le. Nolo ego te qui herus ſis mihi:onus iſtuc ſuſtinere.
Ar. Quin tu labore liberas te; atqȝ iſtam imponis in me.
Le. Ego baiulabo:tu vt decet dominum ante me ito inanis.
Ar. Quid nunc eſt?quin tradis huc crumina preſſatū herum.
Le. Hanc quoi daturus hanc iube petere: atqȝ orare mecum.
Nam iſtuc procliue eſt.quid iubes plane conlocare.
Ph. Da meus ocelus.mea roſa.mi anime.mea voluptas
Leonida argentum mihi.ne nos deiunge amantis.
Le. Dic igitur me tuum paſſerculum.gallinam.coturnicem.
Agnellum.hædillum.me tuum dic eſſe vel vitellum.
Prehende auriculas.compara labella cum labellis.
Ar. Ten oſculetur verbero? Le.quam vero indignum viſum eſt?
Atqui pol hodie non feres:ni genua confricantur.
Ar. Quiduis egeſtas imperat.fricentur.da nunc quod oro.
Ph. Age mi leonida obſecro fer amanti hero ſalutem.
Redime iſtoc beneficio te ab hoc:& tibi eme hunc iſto argento.
Le. Nimis bella es atqȝ amabilis:& ſi hoc eſſet meum hodie:
Nunquam remorarem quin darem.illum te orare meliuſt.
Illic hanc mihi ſeruandam dedit.& ſane bella belle.
Cape hoc ſis libane.Ar. furcifer etiam me deluſiſti?
Le. Nunquā hercle facerem:genua ni tam nequiter fricares.
Ageſis tu in partem nunciam hunc delude : atqȝ amplexare hāc.
Li. Taceas.me ſpectes.Ar.quin ad hūc philenium adgredimur
Virum quidem pol optimum: & non ſimilem furis huius.
Li. Inambulandum eſt:nunc mihi viciſſim ſupplicabunt.
Ar. Queſo hercle libane:ſcis herum tuis factis ſoſpitari.
Da mihi iſtas viginti minas.vides meam ante mergere.
Li. Videbitur.factum volo.redito huc conticinio.
Nunc iſtam nunc tantiſper iubeas petere atqȝ orare mecum.
Ph. Amando ne exorarier vis te:an oſculando?
Li. Immo vero vtrūqȝ.Ph. ego obſecro & tu vtrūqȝ nr̄m ſerua.
Ar. O libane mi patrone mihi trade iſtuc.Li. magis decorumſt:
Libertum potius quam patronum onus in via portare.
Ph. O libane ocellus aureus.donum decuſqȝ amoris.
Amabo faciam quod voles:da iſtuc argentum nobis.

Li. Dic igitur mihi te anaticulam.columbam.vel catellum.
Hirundinem:monedulam:putillum paſſerculum.
Fac proſerpentem beſtiam me duplicem vt habeam linguam.
Circundatoq; me brachiis.meum collum circumplecte.
Ar. Ten cõplectatur carnifex? Li.quam vero indignus videor.
Ne iſtuc nequicquam dixeris tam indignum dictum in me.
Vehes pol hodie me:ſiquidem hoc argentum ferre ſperes.
Ar. Ten ego veham? Li.tun hoc feras argentum aliter a me?
Ar. Peri hercle:ſi verũ quidem eſt decorũ herũ vehere ſeruom.
Inſcende.Li.ſic iſtuc ſolent ſuperbi ſubdomari.
Aſta igitur: vt conſuetus es puer olim.ſcin vt dicam?
Hem ſic.abi.laudo.nec te equo magis eſt equus vllus ſapiens.
Ar.Inſcẽde actutũ.Li.ego fecero .hẽ quid iſtuc eſt ? vt tu videſis.
Demam hercle iam de ordeo: tollutim ni badizas.
Ar. Amabo libane iã ſat eſt.Li.nunquã hercle hodie exorabis.
Nam iam calcari quadrupedem agitabo aduorſum cliuom.
Poſtea ad piſtores dabo : vt ibi cruciere currens.
Aſta vt deſcendam nunu iam in procliui: quanquam nequã es.
Ph. Quid nunc quoniam ambo vt eſt libitum nos deluſiſtis:
Datis ne argentũ? Li.ſi quidẽ mihi ſtatuam & aram ſtatuis:
Atq; vt deo mihi hic immolas bouem.nam ego tibi ſalus ſum.
Le. Etiam tu here iſtũc amoues abs te:atq; ipſe me aggredere:
Atq; illa ſibi quæ hic iuſſerat mihi ſtatuis ſupplicaſq;.
Ar. Quem te autẽ deũ nominẽ? Le.fortunã atq; obſequellam.
Ar. Iam iſtoc es melior.Li.an qd eſt olim homini ſalute melius?
Ar. Licet laudem fortunam:tamen vt ne ſalutem culpem.
Ph. Ecaſtor ambæ ſunt bonæ.Ar.ſciam vbi boni qd dederint.
Le.Opta id qđ vt cõtingat tibi vis.Ar.qd ſi optaro? Le.eueniet.
Ar. Opto annũ hũc perpetuũ mihi huius operas. Le.ĩpetraſti.
Ar. Ain vero? Le.certe inquã.Li.ad me adi viciſſim:atq; expire.
Exopta.id quod vis maxime tibi euenire:fiet.
Ar. Quid ego aliud exoptem amplius:niſi illud cuius inopia ſt:
Viginti argenti commodas minas huius qui dem matri?
Li. Dabuntur.animo ſis bono.facile exoptata obtingent.
Ar. Vt conſuere homines ſalus fruſtratur & fortuna.
Le. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.
Li. Ego pes fui.Ar.quin nec caput nec pes ſermonis apparet.
Ne quid dicatis:nec me cur laudatis ſcire poſſum.

Li. Satis iam deluſum cenſeo.nunc rem vt eſt eloquamur.
Animum argyrippe aduerteſis.pater nos ferre hoc iuſſit
Argentum ad te.Ar.vt tempore opportuneq; attuliſtis.
Li. Hic inerunt viginti minæ bonę mala opera partę.
Has tibi nos pactis legibus dare iuſſit.Ar.quid id eſt quęſo.
Li. Noctē huius & cœnam ſibi vt dares.Ar.iube aduenire q̃ſo.
Meritiſſimo eius quę volet faciemus:qui hoſce amores
Noſtros diſpulſos compulit.hęc faciet facile vt patiar.
Leonida curre obſecro.patrē huc orato vt veniat.
Li. Iamdudum eſt intus.hac quidem non venit angiporto.
Illac per hortum circuit clam ne quis ſe viderit
Huc ire familiarium:ne vxor reſciſcat metuit.
De argento ni mater tua ſciat vt ſit factum.Ar.heia:
Benedicite.ite intro cito valete.Le.& vos amate.

Diabolus adoleſcens. Paraſitus.

AGe dum iſtum oſtende quem conſcripſiſti ſyngraphum
Inter me & amicam & lenam.leges perlege.
Nam tu poeta es prorſus ad eam rem vnicus.
Par. Horreſcet ſaxo lena:leges quum audiet.
Dia.Age q̃ſo mi hercle trãſlege.Pa.audin?Di.audio.
Pa. Diabolus niglauci filius clerete
Lenę dedit dono argenti viginti minas:
Philenium vt ſecum eſſet noctes & dies
Hunc annũ totũ.Di.neq; cum quiquã alio quidem.
Pa. Addo ne?Di.adde:vt ſcribas vide plane & ꝓbe.
Pa. Alienum hominem intromittat neminem:
Quod illa aut amicum:aut patronum neminem.
Aut quod illa amica amatorem prędicet.
Fores occluſę omnibus ſint niſi tibi.
In foribus ſcribat occupatam eſſe ſe.
Aut quod illa dicat peregre allatam epiſtolam.
Ne epiſtola quidem vlla ſit in ædibus.
Ne cerata adeo tabula.& ſi qua inutilis
Pictura ſit:eam vendat.ni quadriduo
Abalienarit:quod ex te argentum acceperit
Tuus arbitratus ſit:comburas ſi velis.
Ne vlla ſit cera vbi facere poſſit litteras.

Vocet conuiuam neminem.illam tu voces
Ad forum:ne in quem oculos adiiciat ſuos.
Si quem alium aſpexit:cæca continuo ſiet.
Tecum vna poſtea æque pocula potiet.
Adſtet.accipiat.tibi propinet.tu bibas.
Ne illa minus aut plus quam tu ſapiat.Di.ſatis placet
Pa. Suſpitiones omnes ab ſe ſegreget.
Neq; illæc vlli pede pedem homini premat.
Cum ſurget:neq; in lectum inſcendat proximum:
Neq; quum deſcendat inde det cuiquam manum.
Spectandum ne cui anulum det:neq; roget.
Talos ne cuiquam homini admoueat niſi tibi.
Quum iaciat:te ne dicat:nomen uominet.
Deam ſibi inuocet:quam libebit propiciam.
Deum nullum.ſi magis religioſa fuerit:
Tibi dicat:tu pro illa ores vt ſit propicius.
Neq; illa vlli homini nutet.nictet.annuat.
Poſt id ſi lucerna extincta ſit:ne quid ſui
Mēbri ſui cōmoueat quicq̄ in tenebris.Di.optimū ē
Ita ſcilicet facturam.verum in cubiculo
Deme iſtuc.equidem illam moueri geſtio:
Nolo habere illam cauſam:& votitam dicere.
Pa.Scio captiones metuis.Ei.verū.Pa.ergo vt iubes:
Tollā.Di.quid ni?Pa.audi reliqua.Di.loquere:audio.
Pa. Neq; vllum verbum faciat perplexabile.
Neq; vlla lingua ſciat loqui niſi attica.
Forte ſi tuſſire occepſit:ne ſic tuſſiat:
Vt cuiquam linguam in tuſſiendo proferat.
Quod illa haud ſimulet quaſi grauedo profluat:
Hoc ne ſic faciat:tu labellum abſtergeas
Potius:quam cuiquam ſaliuam faciat palam.
Nec mater lena ad vinum accedat interim.
Nec vlli verbo malo dicat.ſi dixerit:
Hæc mulcta ei eſto vino viginti dies
Vt careat.Di.pulchre ſcripſti ſcitū ſyngraphum.
Pa. Tum ſi coronas.ſerta.vnguenta iuſſerit
Ancillam ferre veneri aut cupidini:
Tuus ſeruus ſeruet:veneri ne eas det:an viro.

Si forte pure velle habere dixerit:
Tot noctes reddat ſpurcas:quot puras habuerit.
Hęc ſunt non nugæ.non enim mortualia.
Di.Placent profecto leges.ſequere intro.Pa.ſequor.

Diabolus. Paraſitus.

SEquere hac.ego hęc patiar:aut taceam?emori
Me mauelim:quam hęc non eius vxori indicem.
An tu apud amicam munus adoleſcentuli
Fungare:vxori excuſes te & dicas ſenem?
Præripias ſcortum amanti? atq; argentum obiicias
Lenæ?ſuppiles clam domi vxorem tuam?
Suſpendas potius me:quam tacita tu hæc auferas.
Iam quidem hercle ad illam hinc ibo q̄ tu propediē.
Niſi quidem illa ante occupaſſit:te effliges ſcio
Luxuriæ ſumptus ſuppeditare vt poſſies.
Pa. Ego ſic faciundum cenſeo:me honeſtius eſt.
Quam te palam hanc rem facere:ne illa exiſtimet
Amoris cauſa percitum id feciſſe te:
Magis quam ſua cauſa.Di.at pol quin dixiſti rectius.
Tu ergo fac vt illi turbas: lites: concias.
Cum ſuo ſibi gnato vna ad amicam de die
Potitare: illam expilare iam emone.
Pa. Eſto: iſtuc curabo.Di.at ego te opperiar domi

Argir.Abdoleſcens.Senex Demenetus.

HGe dum cubamus ſis pater.Se.vt iuſſeris
Mi gnate:ita fiet.Ar.pueri menſam apponite.
Se. Nūquidnā tibi moleſtū eſt mi gnate:ſi hæc mecū accubat?
Ar. Pietas pater oculis dolorē prohibet. quāquā ego iſtāc amo:
Poſſum equidē inducere aīum ne ægre patiar: qa tecū accubat.
Se. Decet verecūdū eſſe aduleſcētē argyrippe.Ar.ædepol pater
Merito tuo facere poſſum.Se.age ergo hoc agitemus cōuiuium
Vino & ſermone ſuaui.nolo ego metui:amari mauolo
Mi gnate mi abs te.Ar pol ego vtrumq; facio:vt ęquū eſt filium.
Se.Credā iſtuc:ſi eſſe te hilarē video.Ar.an tu eſſe me triſtē putas?
Se. Putē ego:quē videā æque eſſe mœſtū:vt quaſi dies ſi dicta ſit.

Ar. Ne dixeris iſtuc. Se. ne ſic fueris: illico ego non dixero.
Ar. Hē aſpecta. rideo. Se. vtinā male qui mihi volunt: ſic rideant.
Ar. Scio equidē quamobrē me pater triſtem credas nunc tibi:
Quia iſtæc eſt tecū. atq; ego quidē hercle vt verū tibi dicā pater.
Ea res me male habet,: ac non eo quin tibi non cupiā quæ velis.
Verum iſtam amo: aliā tecum eſſe equidē facile poſſum perpeti.
Se. At ego hāc volo. Ar. ergo ſūt q̄ exoptaſ: mihi q̄ ego exoptē vo
Se. Vnū hunc diē perpetere: quoniā tibi poteſtatē dedi: (lo
Cum hac annum vt eſſes: atq; amanti argenti feci copiam.
Ar. Hē iſtoc me facto tibi deuixiſti. Se. qn te ergo hilarē das mihi?

Arthemone mulier. Paraſitus. Demenetus.
Argyrippus. Philenium meretrix.

A In tu meum virum hic potare obſecro cum filio?
Et ad amicam detuliſſe argenti viginti minas?
Meoq; filio ſciente id facere flagitium patrem?
Par. Neq; diuini neq; mihi humani poſthac quicquam accreduaſ
Artemona: ſi huius me rei eſſe mendacem inueneris.
Art. At ſceleſte ego præter alios meum virum fui rata.
Siccum. frugi. continentem. amantem vxoris maxime.
Pa. At nunc dehinc ſcito illum ante oēs minimi mortales precii
Madidum. nihil. incontinentem. atq; oſorem vxoris ſuæ.
Art. Pol ni vera iſta eſſent: nunquam faceret ea quæ nunc facit.
Pa. Ego quoq; hercle illū ante hac hoīem ſemp ſum frugi ratus
Verum hoc facto ſeſe oſtendit: qui quidem cum filio
Potet vna: atq; vnam amicam ductet decrepitus ſenex.
Art. Hoc ecaſtor eſt quod ille it ad cœnam quotidie.
Ait ſeſe ire ad archidemum. chæream. chæreſtratum.
Cliniam. chremen. cratinum. climiam. demoſthenem.
Is apud ſcortum corruptelæ & liberis luſtris ſtudet.
Pa. Quin tu illum iubes ancillas rapere ſublimem domum?
Art. Tace mō. næ illū ecaſtor miſerū habebo. Pa. ]ego iſtuc ſcio
Ita fore illi: dum quidem cum illo nupta eris. Art. ego cenſeo
Eum etiam hominem in ſenatu dare operam aut clientibus.
Ibi labore delaſſatum noctem totam ſtertere:
Ille opere foris faciendo laſſus noctu aduenit.
Fundum alienum arat: incultum familiarem deſerit.

Is etiam corruptus porro ſuum corrumpit filium.
Pa. Seq̄re hac me mō. iā faxo ipſum hominē manifeſto opprias.
Art. Nihil ecaſtor eſt qđ facere mauelim. Pa. mane dū. Art. qd ē?
Pa. Poſſis ſi forte accubantem tuum virum conſpexeris:
Cum corona amplexum amicam ſi videas: cognoſcere?
Art. Poſſū ecaſtor. Pa. hē tibi hoīem. Art. perii. Pa. pauliſp māe.
Aucupemus ex inſidiis clanculum: quam rem gerant.
Ar. Quid modi pater amplexandi facies? De. fateor gnate mi.
Ar. Quid fatere? De. ex amore huius corruptum oppido.
Pa. Audin quid ait? Art. audio. De. egon vt nō domo vxori meæ
Surripiam in delitiis pallam quam habet: atq; ad te deferam?
Non ædepol conduci poſſum vita vxoris annua.
Pa. Cenſen tu illum hodie primum ire adſuetum in ganeum?
Art. Ille ecaſtor ſuppilabat me: quod ancillas meas
Suſpicabar: atq; inſontis miſeras cruciabam. Ar. pater
Iube dare vinum. iamdudum factum eſt quum primum bibi.
De. Da puere ab ſummo. Ar. age tu interibi ab infimo da ſuauiū.
Art. Perii miſera: vt oſculatur carnufex capuli decus.
De. Aedepol animam ſuauiorem aliquanto quam vxoris meæ.
Ph. Dic amabo: an foetet anima vxoris tuæ?
De. Nauteam malim ſi neceſſum eſt: quam illam oſcularier.
Ar. Miſer ecaſtor es. Pa. dignus eſt.|
Ar. Quid ais pater? Art. ain tandem? ædepol næ tu iſtæc
Cum magno malo tuo dixiſti in me. ſine venias
Modo domum. faxo vt ſcias quid pericli ſit
Dotatæ vxori conuicium dicere. Ar. ecquid matrem amas?
De. Ego ne? illam nunc amo: quia abeſt.
Ar. Quid cum adeſt? De. periiſſe cupio.
Pa. Amat homo hic te: vt prædicat. Art. næ ille ecaſtor
Fœnerato funditat. nam ſi domum redierit hodie:
Oſculando ego vlciſcar potiſſimum. Ar. iace pater talos:
Vt porro nos iaciamus. De. maxime. te philenium mihi
Atq; vxoris mortē. hoc venerium eſt. pueri plaudite:
Et mihi ob iactum cantharo mulſum date.
Art. Non queo durare. Pa. ſi non didiciſti fullonicam
Non mirandum eſt. in oculos inuadi optimum eſt.
Art. Ego pol viuam: & tu his hæc hodie cum tuo magno malo
Inuocaſti. Pa. ecquis currit pollinctorem accerſere?

Arg. Mater ſalue: Art. ſic ſalutas? Pa. mortuus eſt demenetus.
Tempus ſubducere hinc me pulchre. hoc gliſcit prælium.
Ibo ad diabolum. mandata dicam facta vt voluerit.
Atq; interea vt decumbamus ſuadebo: hi dum litigant.
Poſt demum huc cras adducam ad lenam: vt viginti minas
Ei det in parte hac amanti: vt liceat ei potirier.
Argyrippus exorari ſpero poterit: vt ſinat
Seſe alternas cum illo noctes hanc frui. nam ni impetro:
Regem perdidi: ex amore tantum eſt homini incendium.
Art. Quid tibi huc receptio ad te eſt meũ virum. De. pol me qdẽ
Miſerum hodie enecabit. Art. ſurge amatori. i domum.
De. Nullus ſum. Art. imo es: ne nega: omniũ pol nequiſſimus.
At etiam cubat cuculus. ſurge amator. i domum.
De. Ve mihi. Art. vera hariolare: ſurge amator: i domum.
De. Abſcede ergo paululum iſtuc. Art. ſurge amator. i domum.
De. Iam obſecro vxor. Art. nũc vxorem me eſſe meminiſti tuã?
Modo quum dicta in me ingerebas: odium non vxor eram.
De. Totus perii. Art. quid tandẽ? anima fœtet ne vxoris tuæ?
De. Myrrham olet. Art. iam ſubripuiſti pallã: quã ſcorto dares?
De. Ecaſtor qui ſubrepturum pallam promiſit tibi?
Art. Nõ taces? Arg. ego diſſuadebam mater. Art. bellum filiu;.
Iſtos cine patrem æquum mores eſt liberis largirier?
Nihil ne te pudet? De. pol ſi aliud nihil ſit: tui me vxor pudet.
Art. Cano capite te cuculum vxor ex luſtris rapit.
De. Non licet manere? cœna coquitur: dum cœnem modo.
Art. Ecaſtor cœnabis hodie vt dignum eſt: magnum malum.
De. Male cubandum eſt. iudicatum me vxor adducit domum.
Arg. Dicebam pater tibi ne matri conſuleres male.
Phy. De palla memento amabo. De. iuben hãc hinc abſcedere?
Art. Immo intus potius. ſequere me hac mi anime.
I domum. Ph. da ſauium etiam prius quã abis. De. i in crucem.

Recitator.

Hic ſenex ſi quid clam vxorem ſuo animo fecit volupe:
Neq; nouum neq; mirum fecit: nec ſecus quam alii ſolent.
Nec quiſquam eſt tam ingenio duro: nec tam firmo pectore:
Quin vbi quicquam occaſionis ſit: ſibi faciat bene.
Nunc ſi voltis deprecari huic ſeni ne vapulet:
Remur impetrari poſſe: ſi plauſum ſic clarum datis.

## Argumentum.

SEnex auarus vix ſibi credens euclio
Domi ſuæ defoſſam multis cum opibus
Aulam inuenit: rurſumq; penitus conditam
Exanguis. amens ſeruat. eius filiam
Lyconides vitiarat. interea ſenex
Megadorus a ſorore ſuaſus ducere
Vxorem: auari gnatam depoſcit ſibi.
Durus ſenex vix promittit: atq; aulę timens
Domo ſublatam variis abſtrudit locis.
Inſidias ſeruos facit huius lyconidis:
Qui virginem vitiarat. iſq; obſecrat
Auunculum megadorum ſibimet cedere
Vxori amanti. per dolum mox euclio
Quum perdidiſſet aulam: inſperato inuenit.
Lętuſq; natam collocat lyconidi.

## Argumentum.

A. Vlam repertam auri plenam euclio
. Vi ſumma ſeruat miſeris adfectus modis.
Lyconides iſtius vitiat filiam.
Volt hanc megadorus indotatam ducere.
Lubenſq; vt faciat: dat coquos cum obſonio.
Auro formidat euclio. abſtrudit foras
Re omni. inſpectat compreſſoris ſeruulus.
Id ſurpit. illic euclioni rem refert.
Ab eo donatur auro vxore & filia.

## Lar Familiaris. Prologus.

NE quis miretur qui ſim: paucis eloquar.
Ego lar ſum familiaris ex hac familia:
Vnde & euntem me aſpexiſtis. hanc domum
Iam multos annos eſt quum poſſideo: & colo
Patri auoq; iam huius: qui nunc hic habet.
Sed mihi auus huius obſecrans concredidit
Theſaurum auri clam omnis in medio foco
Defodit venerans me: vt id ſeruarem ſibi.
Is quando moritur: ita auido ingenio fuit:

Nunquam indicare id filio voluit ſuo:
Inopemq; optauit potius eum relinquere:
Quam eum theſaurum commoſtraret filio.
Agri reliquit ei non magnum modum:
Quo cum labore magno & miſere viueret.
Vbi is obiit mortem: qui mihi id aurum credidit:
Cœpi obſeruare ecquid maiorem filius
Mihi honorem haberet: quam is habuiſſet pater.
Atq; ille vero minus minuſq; impendio
Curare: minuſq; me impartire honoribus.
Item a me contra factum eſt. nam item obiit diem.
Is ex ſe hunc reliquit: qui hic nunc habitat: filium
Pariter moratum: vt pater auuſq; huius fuit.
Huic filia vna eſt. ea mihi cotidie
Aut thure aut vino aut aliquo ſemper ſupplicat.
Dat mihi coronas. eius honoris gratia
Feci theſaurum vt hic reperiret euclio:
Quo eam facilius nuptum ſi vellet daret.
Nam compreſſit eam de ſummo adoleſcens loco.
Is ſcit adoleſcens quæ ſit: quam compreſſerit.
Illa illum neſcit: neq; compreſſam autem pater.
Eam ego hodie faciam: vt hic ſenex de proximo
Sibi vxorem poſcat. id ea faciam gratia:
Quo ille eam facilius ducat: qui compreſſerat.
Et hic qui poſcet eam ſibi vxorem ſenex:
Is adoleſcentis illius eſt auunculus:
Qui illam ſtuprauit noctu cereris vigiliis.
Sed hic ſenex iam clamat intus: vt ſolet.
Anum foras extrudit: ne ſit conſcia.
Credo aurum inſpicere volt: ne ſurreptum ſiet.

Senex Euclio. Staphyla anus.

EXi inquã. age exi. exeũdũ hercle tibi hĩc ẽ foras
Circunſpectatrix cum oculis emiſſiciis.
Sta. Nã cur me miſerã verberas? Eu. vt miſera ſis:
Atq; vt te dignam mala malam ætatem exigas.
Sta. Nam qua nunc cauſa me extruſiſti ex ædibus?
Eu. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges?

Illuc regredere ab oſtio.illuc ſis.vide
Vt incedit.at ſcin quo modo tibi res ſe habet?
Si hodie hercle fuſtem cepero aut ſtimulum in manum:
Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.
Sta. Vtinam me diui adaſſint ad ſuſpendium.
Potius quidem:quam hoc pacto apud te ſeruiam.
Eu. Vt ſceleſta ſola ſecum murmurat.
Oculos hercle ego iſtos improba effodiam tibi:
Ne me obſeruare poſſis:quid rerum geram.
Abſcede etiam nunc.etiam nunc.etiam.hoc
Iſtic adeſto.ſi hercle tu ex iſtoc loco
Digitum tranſuerſum aut vnguem latum exceſſeris:
Aut ſi reſpexeris donicum ego te iuſſero:
Continuo hercle ego te dedam diſcipulam cruci.
Sceleſtiorem me hac anu certe ſcio
Vidiſſe nunquam.nimiſq; ego hanc metuo male:
Ne mihi ex inſidiis verba imprudenti duit.
Neu præſentiſcat aurum vbi eſt abſconditum:
Quæ in occipitio quoq; habet oculos peſſima.
Nunc ibo vt viſam.eſt ne ita aurum vt condidi:
Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis.
Sta.Nec nunc mecaſtor quid hero ego dicam meo
Male rei eueniſſe:quamue inſaniam?
Quæro comminiſci.ita me miſeram ad hunc modū
Decies die vno ſæpe extrudit ædibus.
Neſcio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent.
Peruigilat noctes totas.tum autem interdius
Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies:
Neq; iam quo pacto celem herilis filiæ
Probrum:propinqua partitudo cui appetit:
Queço comminiſci:neq; quicquam melius eſt mihi
Vt opinor:quā ex me vt vnam faciam litteram
Longam:laqueo collum quando obſtrinxero.

Euclio ſenex. Staphyla anus

NVnc defæcato demum animo egredior domo:
Poſtquam perſpexi ſalua eſſe intus omnia.
Redi nunc iam intro:atq; intus ſerua.Sta. quippe nil

Ego intus ſeruem.an ne quis ædes auferat?
Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus:
Ita inanes ſunt:oppletę atq; arachneis.
Eu. Mirum quin tua nunc me cauſa faciat iupiter
Philippum regem aut darium triuenefica.
Arachneas mihi ego illas ſeruari volo.
Pauper ſum fateor.patior.quod di dant:fero.
Abi intro.occlude ianuam.iam ego hic ero.
Caue quenquã alienum in ædis intromiſeris.
Sta.Quid ſi quiſpiã ignem quærit? Eu.extingui volo:
Ne cauſæ quid ſit:quod te quiſpiam quæritet.
Nam ſi ignis viuet:tu extinguere extemplo.
Tum aquam aufugiſſe dicito:ſi quis petet.
Sta. cultrum.ſecurim.piſtillum.mortarium.
Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant.
Eu. Fures veniſſe atq; abſtuliſſe dicito.
Profecto in ædibus meis me abſente neminem
Volo intromitti.atq; etiam hoc prædico tibi:
Si bona fortuna veniat:ne intromiſeris.
Sta. Pol ea ipſa credo ne intromittatur:cauet.
Nã ad ædis noſtras nuſquã adiit quamquã prope.
Eu.Tace:atq; abi intro.Sta.taceo:atq; abeo.Eu.occlu
Fores ambobus peſſulis.iam ego hic ero. (deſis
Diſcrucior animi:quia ab domo abeundũ eſt mihi.
Nimis hercle inuitus abeo.ſed quid agam ſcio.
Nam noſter noſtrę qui eſt magiſter curię:
Diuidere argenti dixit nummos in viros.
Id ſi relinquo:ac non peto:omnes illico
Me ſuſpicentur credo habere aurum domi.
Nam non eſt veriſimile hominem pauperem
Pauxillum parui facere quin nummum petat.
Nam nunc quum celo ſedulo omnes:ne ſciant:
Omnes videntur ſcire:& me benignius
Omnes ſalutant:quam ſalutabant prius.
Adeunt.conſiſtunt.copulantur dexteras.
Rogitant me vt valeam.quid agam.quid rerum gerã.
Nunc quo profecturus ſum ibo.poſt idem domum
Me rurſum quãtum potero;tantum recipiam.

Eunomia. Megadorus ſenex.

VElim te arbitrari me hæc veba frater
Meę fidei tuæq; rei hoc vel hoc
Cauſa facere: vt æquum eſt germanam ſororem.
Quanquam haud falſa ſum nos odioſas haberi.
Nam multum loquaces merito omnes habemur:
Nec mutam profecto repertam vllam eſſe
Hodie dicunt mulierem vllo in ſæculo.
Verum hoc frater vnum tamen cogitato.
Tibi proximam me mihiq; itē eſſe te
Vt æquum eſt quod in rem eſſe vtriq; arbitremur:
Et mihi te: & tibi me conſulere & monere:
Neq; occultum id haberi: neq; per metum muſſari:
Quin participem pariter ego te: & tu me vt facias.
Eo nunc ego ſecreto te huc foras ſeduxi:
Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiariter.
Me. Da mihi optuma fœmina manū. Eu. vbi ea eſt?
Quis ea eſt nā optuma? Me. tu. Eu. tu me ais? Me. ſi negas: nego.
Eu. Decet te equidem vera ꝓloqui: nā optuma nulla poteſt eligi.
Alia alia peior frater eſt. Me. idem ego arbitror: nec tibi
Aduerſari certum eſt de iſtac re nunquam ſoror. quid vis?
Eu. Da mihi operā amabo. Me. tu aſt. vtere. atq; īpera: ſi quid vis.
Eu. Id qđ ī rē tuā optumū eſſe arbitror: te id admonitū aduēto.
Me. Soror more tuo facis. Eu. facta volo. Me. quid eſt id ſoror?
Eu. Qđ tibi ſēpiternū ſalutare ſit liberis ꝓcreādis. Me. ita di faxit.
Eu. Volo te vxorem domū ducere. Me. hei occidi. Eu. quid ita?
Me. Quia miſero cerebrū excutiūt tua dicta ſoror. lapides loq̄riſ.
Eu. Eia hoc face quod te iubet ſoror. Me. ſi iubeat: faciam.
Eu. In rem hoc tuā eſt. Me. vt quidem emoriar prius: quā ducā.
Quæ cras veniat: perendie foras feratur ſoror.
His legibus quum dare vis: cedo. nuptias adorna.
Eu. Quam maximam poſſum tibi dare frater dotem,
Sed eſt grandior natu. media eſt mulieris ætas,
Eam ſi iubes frater tibi me poſcere: poſcam.
Me. Nū nō vis me interrogare te? Eu. immo ſi quid vis roga.
Me. Poſt mediam ætatem qui mediam ducit vxorem domum:
Si eam ſenex anum prægnantem fecerit fortuito:
Quid dubitas quin ſit paratum nomen puero poſthumus?

Nunc ego iſtum ſoror laborem degam:& dimminuam tibi.
Ego virtute deum & maiorum noſtrorum diues ſum ſatis.
Iſtas magnas factiones.animos.dotes dapſiles.
Clamores.imperia.eburata vehicula.pallas.purpuram
Nihil moror:quę in ſeruitutem ſumptibus redigunt viros.
Dic mihi quæſo quis ea eſt:quã vis ducere vxorẽ? Eu.eloquar.
Nouiſtin hunc ſenem euclionem ex proximo pauperculum?
Me. Noui hominẽ haud malum me caſtor.eius cupio filiam
Virginem mihi deſponderi.verba ne facias ſoror.
Scio quid dictura es hanc eſſe pauperem.hæc pauper placet.
Eu.Di bñ vertãt.Me.idẽ ego ſpero.Eu.qd me nũc vis?Me.vale.
Eu. Et tu frater.Me.ego conueniam euclionem ſi domi eſt.
Sed eccum.neſcio vnde ſeſe homo recipit domum.

Euclio. Megadorus ſenex.

PRæſagibat mihi animus,fruſtra me ire:,quũ exibã domo.
Itaq; abibam inuitus. nam neq; quiſquam curialium
Venit:neq; magiſter quem diuidere argentum oportuit.
Nũc domũ properare propero. nã egomet ſum hic:|aĩus domi ẽ.
Me. Saluus atq; fortunatus euclio ſemper ſies.
Eu. Di te amẽt megadore. Me. quid tu? recten atq; vt vis vales?
Eu. Nõ temerarium eſt vbi diues blande appellat pauperem.
Iam illic homo aurum me ſcit habere:eo me ſalutat blandius.
Me. Ain tu te valere?Eu.pol ego haud a pecunia perbene.
Me. Pol ſi eſt aĩus æquus tibi:ſatis habes qui bene vitam colas.
Eu. Anus hercle hoc indicium fecit de auro perſpicue.palã eſt.
Cui ego iam linguam præcidam:atq; oculos effodiam domi.
Me. Quid tu,ſolus tecũ loquere? Eu.,meã pauperiẽ conqueror.
Virginem habeo grandem.dote caſſam atq; inlocabilem.
Neq; eã queo locare cuiq;.Me. tace. bonum habe animũ euclio.
Dabitur.adiuuabere a me.dic ſi quid opus eſt. impera.
Eu. Nunc petit quum pollicetur.inhiat aurum vt deuoret.
Altera manu fert lapidem:panem oſtentat altera.
Nemini credo:qui large blandus eſt diues pauperi.
Vbi manum iniicit benigne:ibi onerat aliquam zamiam.
Ego iſtos noui polypos:qui vbi quicquid tetigerunt:tenent.
Me. Da mihi operã parumper.paucis euclio eſt quod te volo
De communi re appellare mea & tua.Eu.hei miſero mihi.

Aurum mihi intus harpagatum eſt:nunc hic eam rem volt ſcio
Mecum adire ad pactionem.verum interuiſam domi.
Me. Quo abis? Eu.iam ad te reuortar.nā eſt quod viſam domū.
Me. Credo ædepol vbi mentionem ego fecero de filia:
Mihi vt deſpondeat:ſeſe a me derideri rebitur.
Neq̧ illo quiſquā eſt alter hodie ex paupertate parcior.
Eu. Di me ſeruant.ſalua res eſt.ſaluum eſt:ſi quid non perit.
Nummis male timui.prius quā intro redii:exanimatus fui.
Redeo ad te megadore:ſi quid me vis.Me.habeo gratiam.
Quæſo quod te percontabor:ne id te pigeat proloqui.
Eu. Dū quidem nequid perconteris:qđ mihi nō libeat proloq.
Me Dic mihi quali me arbitrare genere prognatū? Eu.bono.
Me. Quid fide? Eu.bōa.Me.qđ factis? Eu.neq̧ malis neq̧ ī pbiſ.
Me. Aetatē meam ſcis? Eu.ſcio eſſe grādem itidē vt pecuniam.
Me. Certe ædepol equidem te ciuē ſine omni mala etiā malitia
Semper ſum ratus:& nunc arbitror.Eu.aurum huic olet.
Quid nunc me vis? Me. quoniā tu me:& ego te qualis ſis ſcio:
Quę res recte vortat mihiq̧ tibiq̧ tuęq̧ filiæ:
Filiam tuam mihi vxorem poſco.promitte hoc fore.
Eu. Hei megadore haud decorum facinus tuis factis facis:
Vt inopem atq̧ innoxium abs te atq̧ abs tuis me irrideas.
Nam de te neq̧ re neq̧ verbis merui vti faceres:quod facis.
Me. Neq̧ ædepol ego te deriſum venio:neq̧ derideo:
Neq̧ dignum arbitror.Eu.cur igitur poſcis meam gnatā tibi?
Me. Vt propter me tibi ſit melius:mihiq̧ propter te & tuos.
Eu.Venit hoc mihi in mētē megadore te eſſe hominē diuitem.
Factioſum:me item eſſe hominem pauperum pauperrimum.
Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi:in mentem venit
Te bouem eſſe:& me eſſe aſellum.vbi tecum coniunctus ſiem:
Vbi onus nequeam portare pariter:iaceam ego aſinus in luto.
Tu me bos haud magis reſpicias:cognatus quā ſi nunquā ſiem.
Et te vtar iniquiore:& meus me ordo irrideat.
Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum:ſi quid deuortii fuat.
Aſini me mordicibus ſcindant.boues incurſent cornibus.
Hoc magnum eſt periculum me ab aſinis ad boues trāſcendere.
Me. Quā ad probos propinquitate proxime te adiunxeris:
Tam optimum eſt.tu condicionem hanc accipe.auſculta mihi.
Atq̧ eam deſponde mihi.Eu.at nihil eſt dotis quidem.

Me. Ne duas.dum modo morata recte veniat:dotata eſt ſatis.
Eu. Eo dico:ne me theſaurum reperiſſe cenſeas.
Me. Noui.ne doceas.deſponde.Eu.fiat.ſed proh iupiter
Nō ego diſperii?Me.qd tibi?Eu.qd crepuit quaſi frerum modo?
Me. Hic apud me hortum confodere iuſſi.ſed vbi hic eſt homo?
Abiit:neq; me certiorem fecit.faſtidit mei:
Quia videt me ſuam amiciciam velle.more hominum facit.
Nam ſi opulentus it petitum pauperioris gratiam:
Pauper metuit congredi.per metum male rem gerit.
Idem quando illæc occaſio perit:poſt ſero cupit.
Eu. Si hercle ego te non elinguādam dedero vſq; ab radicibus:
Impero auctorq; ſum:vt me quoiuis caſtrandum loces.
Me. Video hercle ego te me arbitrari euclio hominem idoneū.
Quem ſenecta ætate ludos facias haud merito meo?
Eu. Neq; ædepol megadore facio:neq; ſi cupiam copia eſt.
Me. Quid?nunc etiam mihi deſpondes filiam? Eu. illis legibus:
Cum illa dote quam tibi dixi.Me.ſponden ergo? Eu.ſpondeo.
Iſtuc di bñ vortāt. Me.ita di faxint. Eu.illud facito vt memineris.
Conueniſſe:vt ne quid dotis mea ad te afferat filia.
Me. Memini.Eu.at ſcio quo vos pacto ſoleatis perplexarier.
Pactum non pactum eſt:non pactū pactū eſt quod vobis lubet.
Me. Nulla controuerſia mihi tecum erit.ſed nuptias
Hodie quin facimꝰ num quę cauſa eſt? Eu. imo ædepol optuma.
Me. Ibo igitur parabo.nunquid me vis? Eu.iſtuc fiet.vale.
Me. Heus ſtrobyle ſequere propere me ad macellum ſtrenue.
Eu. Illic hinc abiit.di in mortales obſecro:aurum quid valet?
Credo ego iam illum inaudiiſſe mihi eſſe theſaurum domi.
Id inhiat:ea affinitatem hanc obſtinauit gratia.

Euclio ſenex. Staphyla anus.

VBi tu es quæ deblateraſti iam vicinis omnibus
Me meę filię daturum dotem? heus ſtaphyla te voco.
Ecquid audis? vaſcula intus pure propera:atq; elue.
Filiam deſpondi ego hodie.huic nuptum megadoro dabo.
St. Di bene vortant.verum ecaſtor non poteſt.ſubitū eſt nimis.
Eu. Tace atq; abi.curata fac ſint:quum a foro redeam domum.
Atq; occlude ædes.iam ego hic ero.St. quid ego nunc agam?
Nunc nobis prope adeſt exitium mihi atq; herili filię.
Nam probrum atq; partitudo prope adeſt:vt fiat palam.

Quod celatum eſt atq; occultatum vſq; adhuc: nunc non poteſt.
Ibo intro: vt hæc quę imperauit: facta cum veniat: ſient.
Nam ecaſtor malum mœrorem metuo ne miſtum bibam.

Strophylus ſeruus. Anthrax. Congrio coqui.

POoſtquam obſonauit herus: & conduxit coquos
Tibiicinaſq; haſce apud forum: edixit mihi
Vt diſpartirem obſonium hic biſariam.
Con. Me quidem hercle dicam. palam non diuides.
Si quo totum me ire vis: operam dabo.
Ant. Bellum & pudicum vero proſtibulum populi.
Poſt ſi quis vellet te an non vellis diuidi?
Con. Atq; ego iſtuc anthrax aliouorſum dixeram:
Nō iſtuc qđ tu inſimulas. St. ſed herus nuptias meꝰ hodie faciet.
Con. Cuius ducit filiam? St. vicini huius euclionis e proximo.
Ei adeo obſoni hinc dimidium iuſſit dari.
Coquum alterum: itidemq; alteram tibiicinam.
Ant. Nempe huic dimidium dicis: dimidium domi?
St. Nempe ſicut dicis. Ant. qđ hic nō poterat de ſuo
Senex obſonari filiæ in nuptiis? St. vah.
An. Quid negocii eſt? St. quid negocii ſit rogas?
Pumex non æque aridus atq; hic eſt ſenex.
An. Ain tandē ita eſſe vt dicis? St. tute exiſtima.
Suam rem periiſſe: ſeq; eradicarier:
Quin diuum atq; hominum clamat continuo fidē:
De ſuo ligelo fumus ſi qua exit foras.
Quin quū it dormitū: follem obſtringit ob gulam.
An. Cur? Str. ne quid animæ amittat dormiens.
An. Etiam ne obturat inferiorem gutturem:
Ne quid animæ forte amittat dormiens?
Str. Hęc mihi te vt tibi me æquū eſt credere: credo.
An. Im mo equidē credo. Str. at ſcint etiā quomō?
Aquam hercle plorat: quum lauat profundere.
An. Cenſen talentum magnum exorari poteſſe
Ab iſtoc ſene vt det: qui fiamus liberi?
Str. Famem hercle vtendam ſi roges: nunq; dabit.
Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat.
Collegit: omnia abſtulit præſegmina.
An. Aedepol mortalem parce parcum prædicas.

Str. Cenſen vero adeo eſſe parcum & miſere viuere?
Pulmentum pridem ei eripuit miluius.
Homo ad prætorem plorabundus deuenit.
Infit ibi poſtulare plorans eiulans:
Vt ſibi liceret miluium vadarier.
Sexcenta ſunt quæ memorem: ſi ſit ocium.
Sed vter veſtrorum eſt celerior: memora mihi.
Con. Ego vt multo melior. St. coquum ego: non furem rogo.
Con. Coquum ego dico. St. quid tu ais? Con. ſic ſum: vt vides.
Str. Coquus ille nundinalis eſt: in nonum diem
Solet ire coctum. Con. tu trium litterarum homo
Vituperas me? Str. etiam fur trifurcifer.

Strobylus. Anthrax. Congrio.

TAce nunc iam tu. atq; agnum horum vter eſt pinguior?
An. Licet. Str. tu cõgrio eũ ſũe: atq; abi int? illuc: & vos eũ ſeq
Vos cæteri illuc ad nos. Con. hercle iniuria (mini
Diſpertiuiſti. pinguiorem agnum iſti habent.
Str. At nunc tibi dabitur pinguior tibiicina.
I ſane cum illo phrygia. tu autem eleuſium
Huc intro abi ad nos. Con. o ſtrobyle ſubdole
Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum?
Vbi ſiquid poſcamus: ad rauim poſcamus prius:
Quam quicquam detur? Str. ſtultus & ſine gratia es
Tibi recte facere: quando quid facias: perit.
Con. Qui vero? Str. rogitas? iã principio in ædibus
Turba iſtuc nulla tibi erit. ſiquid vti voles:
Domo abs te afferto: ne operam perdas poſcere.
Hic apud nos magna turba ac familia eſt.
Suppellex. aurũ. veſtes. vaſa argẽtea. ibi ſi periit qppiã:
Quod te ſcio facile abſtinere poſſe: ſi nihil obuiã eſt:
Dicant coqui abſtulerunt. comprehendite.
Vincite. verberate. in puteum condite.
Horum tibi iſtic nihil eueniet: quippe qui
Vbi quid nihil eſt. ſequere hac me. Con. ſequor.

Strobylus. Staphyla.

HEus ſtaphyla prodi atq; oſtium aperi. Sta. quis vocat?
Str. Strobylus. Sta. quid vis? Str. hos vt accipias coquos
Tibiciinamq; & obſoniũ in nuptias.

Megadorus iuſſit euclioni hęc mittere.
Sta. Cererin ſtrobyle has facturi nuptias?
Str. Qui?Sta. quia temeti nihil allatum intelligo.
Str. At iam afferetur: ſi a foro ipſus redierit.
Sta. Ligna hic apud nos nulla ſunt. Str. ſunt aſſeres?
Sta. Sunt pol. Str. ſunt igitur ligna: ne quæras foris.
Sta. Quid impurate quanquã vulcano ſtudes
Cœnęne cauſa aut tuę mercedis gratia
Nos noſtras ædes poſtulas comburere?
Str. Haud poſtulo. duc iſtos intro. Sta. ſequimini.

Pythodicus ſeruus.

Curate. ego interuiſam quid faciant coqui:
Quos pol vt ego hodie ſeruem: cura maxima eſt.
Niſi vnum hoc faciam: vt in puteo cœnam coquãt.
Inde coctam ſurſum ſubducemus corbulis.
Si autem deorſum: comedent: ſi quid coxerint.
Superi incœnati ſint & cœnati inferi.
Sic verba hic facio: quaſi negocii nihil ſiet:
Rapacidarum vbi tantum ſiet in ædibus.

Euclio. Congrio.

Volui animum tandem conſolare meum:
Vt bene haberem filiæ nuptiis.
Venio ad macellum. rogito piſces: indicant
Caros. agninam caram. caram bubulam.
Vitulinam. cetum. porcinam. cara omnia.
Atq; eo fuerunt cariora: quia æs non erat.
Abeo iratus illinc: quoniam nihil eſt qui emam.
Ita illis impuris omnibus abii manis.
Dinde ego met mecum cogitare inter vias
Occœpi. feſto die ſi quid prodegeris:
Profecto egere liceat: niſi peperceris.
Poſt hanc orationem cordi ventriq; edidi.
Acceſſit animus ad meam ſententiam:
Quam minimo ſumptu filiam vt nuptum darem.
Nunc tuſculum emi: & haſce coronas floreas.
Hæc imponentur in foco noſtro lari:
Vt fortunatas faciat gnatæ nuptias.
Sed quid ego apertas ædes noſtras conſpicor.

Et ſtrepitus eſt intus!num nam compilor miſer ego!
Con. Aulam maiorem ſi potes vicinia
Pete. hæc parua eſt.capere non quit.Eu.hei mihi
Perii hercle.aurum rapitur.aula quæritur.
Nimirũ occidor: niſi ego intro huc propero currere!
Apollo queſo ſubueni mihi:atq; adiuua.
Confige ſagittis fures theſaurarios:
Cui in re tali ſubueniſti antehac.
Sed ceſſo prius quam prorſus perii currere.

Anthrax. Euclio.

O Romo deſquama piſcis.tu macherio
Congrum.murænam exdorſua quãtum potes.
Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto
A congrione.tu iſtum gallum ſi ſapis
Glabriorem reddes mihi:quam volſus ludius eſt.
Eu. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo!
Coqui hercle credo faciunt officium ſuum.
Fugiam intro:nequid turbę hic itidem fiat.

Congrio.

OPtati ciues populares.incolæ.acolæ.aduenæ.omnes
Date viam qua fugere liceat.facite totæ plateæ pateant.
Neq; ego vnq̃ niſi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquatũ.
Ita me miſerum & meos diſcipulos fuſtibus male contuderunt.
Tot⁹ doleo:atq; oppido perii:ita me iſte habuit ſenex gymnaſiũ.
A tat perii hercle ego miſer.aperit bacchanal.adeſt.
Sequitur.ſcio quam rem geram.hæc ipſus magiſter me docuit.
Neq; ligna ego vſquam gentium præberi vidi pulchrius.
Itaq; omnis exegit foras me atq; hos onuſtos fuſtibus.

Euclio ſenex. Congrio.

REdi.quo fugis nunc!tene.tene.Con. quid ſtolide clamas!
Eu.Quia ad tris viros iã ego deferã tuũ nomẽ.Cõ.quã obrẽ!
Eu.Quia cultrũ habes.Cõ.cocũ decet.Eu.quid comminatus
Mihi! Con.iſtuc malefactum arbitror:quia non latus fodi.
Eu. Homo nullus eſt te ſceleſtior qui viuat hodie.
Neq; cui ego de induſtria amplius male plus lubens faxim.
Con. Pol & ſi taceas:palam id quidem eſt:res ipſa teſtis eſt.
Ita fuſtibus ſum mollior magis miſer:quam vllus cynedus.
Sed quid tibi nos mendice homo tactio eſt! quę res!

Eu. Etiam rogitas? an quia minus quam æquum erat feci?
Con. Sine.hercle cum malo magno tuo ſi hoc caput ſentiet.
Eu. Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negocii
Me abſente:niſi ego iuſſerim?volo ſcire. Bon.tace ergo.
Quia venimus coctum ad nuptias. Eu.quid tu malum curas
Vtrum crudum an coctum edam?niſi tu mihi es tutor.
Con. Volo ſcire ſinas;an non coquere hic cœnam.
Eu. Volo ſcire item ego meæ domi mea ſalua futura.
Con. vtinam mea mihi modo auferam:quæ attuli ſalua.
Eu. Me apud penuſt:tua ne expetam. Cõ.ſcio.ne doce. noui.
Quid eſt qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam?
Quid fecimus?quid diximus tibi ſecus quam velles?
Eu. Etiam rogitas ſceleſte homo:quia angulos omnis
Mearum ædium.& conclauium mihi peruium facitis?
Id vbi tibi erat negocium ad focum ſi adeſſes
Non fiſſile haberes caput.merito id tibi factum eſt:
Adeo vt tu meam ſententiam iam noſcere poſſis.
Si ad ianuam huc aceſſeris:niſi iuſſero propius:
Ego te faciam miſerrimus mortalis vti ſis.
Scis iam meam ſententiam:quo abis?redi rurſum.
Con. Ita me bene amet lauerna te iam niſi reddi
Mihi vaſa iubes:pipulo hic differam ante ædis.
Quid ego nunc agam?ne ego ædepol veni huc auſpicio malo.
Nummo ſum conductus.plus iam medico mercede opus eſt.

Euclio. Congrio.

HOc quidem hercle quoquo ibo mecum erit.mecum ferã.
Neq; iſtuc in tantis periculis nunq̃ committam vt ſiet.
Ite ſane nunc iam intro omnes & coqui & tibiicinæ.
Etiam introduce ſi vis vel gregem venalium.
Coquite.facite.feſtinate nunc iam quantum lubet.
Con.Hẽ.perii.Eu.abi.opera huc cõducta eſt veſtra : non loratio.
Con.Heu ſenex pro vapulando hercle ego abs te mercedẽ peta;
Coctum ego non vapulatum dudum conductus ſum.
Eu. Lege agito mecum moleſtus ne ſis: & cœnam cõque.
Aut abi in malum cruciatum ab ædibus. Con.abi tu modo.

Euclio.

ILlic hinc abiit.di immortales facinus audax incipit:
Qui cũ opulento pauper hoĩe cœpit rẽ habere laut negociũ.

Velut megadorus tentat me omnibus miſerum modis:
Qui ſimulauit mei honoris mittere huc cauſa coquos.
Is ea cauſa miſit: hoc qui ſurriperent miſero mihi.
Condigne etiam meus me intus gallus gallinacius:
Qui erat anui peculiaris: perdidit peniſſime.
Vbi erat hæc deffoſſa: occœpit ibi ſcalpurire vngulis
Circuncirca. quid opus eſt verbis? ita mihi pectus peracuit.
Capio fuſtem. obtrunco gallum furem manifeſtarium.
Credo ego ædepol illi mercedem gallo pollicitos coquos:
Si id palam feciſſet. exemi ex manu manubrium.
Quid opus eſt verbis? facta eſt pugna in gallo gallinacio.
Sed megadorus meus affinis eccum incedit foro.
Iam hunc non auſim præterire: quin conſiſtam: & colloquar.

Megadorus. Euclio.

NArraui amicis meis conſilium meum
De condicione hac euclionis. laudant
Sapienter factum & conſilio bono.
Nam meo quidem animo ſi idem faciant cæteri.
Opulentiores pauperiorum filias:
Vt indotatas ducant vxores domum.
Et multo fiat ciuitas concordior.
Et inuidia minore nos vtamur: quam vtimur.
Et illæ malam rem metuant: quam metuunt magis.
Et nos minore ſumptu ſimus: quam ſumus.
In maxima illæc populi parte eſt optuma
In pauciore auidis altercatio eſt.
Quorum animis auidis: atq; in ſatietatibus
Neq; lex neq; tutor capere eſt qui poſſit modum.
Neq; hoc qui dicat: quoi illæ nubent diuites?
Dotata es. iſtud ius pauperibus ponatur
Quoi iubeant nubant: dum dos ne fiat comes.
Hoc ſi ita fiet: mores meliores ſibi
Parent pro dote quos ferant: quam nunc ferunt.
Ego faxim muli precio qui ſuperant equos:
Sient viliores gallicis cantheriis.
Eu. Ita me di amabunt: vt ego hunc auſculto lubẽs:
Nimis lepide fecit verba ad parſimoniam.
Me. Nulla ergo dicat equidem dotem ad te attuli

Maiorem multo quam tibi erat pecunia.
Emi mihi quidem æquum eſt
Purpuram:atq; aurum dari.
Ancillas.mulos.muliones.pediſſequas.
Salutigerulos pueros.vehicula qui vehar.
Eu. Vt matronarum hic facta pernouit probe.
Moribus præfectum mulierum hunc factum velim.
Me. Nunc quoq; inuenias plus plauſtrorum in ædibus:
Videas quam ruri quando ad villam veneris.
Sed hoc etiam pulchrum eſt:
Præ quam vbi ſumptus petunt.
Stat fullo.phrygio.aurifex.lanarius.
Caupones.patagiarii.induſiarii:flammearii.violaerii.crinarii:
Aut manulearii. aut myrobrecharii.
Propolæ.lintheones.calceollarii.
Sedentarii ſutellates.diabatharii.
Solearii adſtant.adſtant molochinarii.
Petunt fullones.ſarcinatores petunt.
Strophiarii adſtant. adſtant ſemizonarii.
Iam hoſce abſolutos cenſeas.cedunt.petunt:
Terceni quum ſtant phylaciſtæ in atriis
Textores.limborarii.arcularii ducuntur.datur
Aes.iam hoſce abſolutos cenſeas:
Quum incedunt infectores crocotarii
Aut aliqua mala crux ſemper eſt quæ petat.
Eu. Compellarem ego illum ni metuā : ne deſinat
Memorare mores mulierum.nunc ſic ſinam.
Me. Vbi nugiuendis res ſoluta eſt omnibus:
Ibi ad poſtremum cedit miles.aes petit.
Itur.putatur ratio cum argentario.
Miles impranſus adſtat.æs cenſet dari.
Vbi diſputata eſt ratio cum argentario:
Etiam plus ipſus vltro debet argentario.
Spes prorogatur militi in alium diem.
Hęc ſunt atq; aliæ multæ in magnis dotibus
Incommoditates ſumptuſq; intolerabiles
Nam quæ indotata eſt: ea eſt in poteſtate viri.
Dotatę mactant & malo & damno viros.

Sed eccum affinem ante ædes.quid agitur euclio?

Euclio. Megadorus.

NImium lubenter audiui ſermonem tuum.
Me. An audiuiſti? Eu.vſqꝫ a principio omnia.
Me. Tamen e meo quidem animo
Aliquanto facias rectius.
Si nitidior ſis nuptiis filiæ.
Eu. Pro re nitorem & gloriam pro copia
Qui habent: meminerint ſeſe vnde oriundi ſient.
Neqꝫ pol megadore mihi:neqꝫ cuiqꝫ pauperi
Opinione melius res ſtructa eſt domi.
Me. Immo eſt:& dii faciant vt ſiet
Plus pluſqꝫ ſoſpitent quod nunc habeas.
Eu. Illud mihi verbum non placet quod nūc habeas.
Tam hic ſcit me habere qꝫ egomet. anus fecit palam.
Me. Quid tute ſolus e ſenatu ſeuocas?
Eu.Pol ego te vt accuſē merito meditabar.Me. qd ē?
Eu. Quid ſit me rogas?qui mihi omnis angulos
Furum impleuiſti in ædibus miſero mihi.
Qui mihi intromiſiſti in ædibus quingentos coquoſ
Cum ſenis manibus genere geryonaceo.
Quos ſi argus ſeruet:qui oculeus totus fuit:
Quem quondam ioni iuno cuſtodem addidit:
Is nunquam ſeruet.præterea tibiicinam
Quę mihi interbibere ſola ſi vino ſcateat
Corinthienſem fontem & pyrenen poteſt.
Tum obſonium autem.Me.pol vel leoni ſat eſt.
Etiam agnum miſi.Eu.quo quidem agno ſat ſcio
Magis curioſam nuſquam vllam eſſe beſtiam.
Me. Volo ex te ego ſcire:qui ſit agnus curio.
Eu.Qui oſſa atqꝫ pellis totus eſt:ita cura macet.
Quin exta inſpicere in ſole etiam viuo licet.
Ita is pellucet quaſi laterna punica.
Me.Cedūdū illū ego cōduxi.Eu.tū tu idē optumuſt.
Loces efferendum:nam iam credo mortuus eſt.
Me. Potare ego tecum hodie euclio volo.
Eu.Nō potē ego quidem hercle. Me. at ego iuſſero
Cadum vnum vini veteris a me afferrier.

Eu. Nolo hercle: nam mihi bibere decretum aquã ẽ.
Me. Ego te hodie reddam madidum ſi viuo probe.
Tibi an decretũ eſt bibere aquã? Eu. ſcio quã rẽ agat.
Vt me deponas vino eam affectat viuam.
Poſt hoc quod habeo: vt commutet coloniam.
Ego id cauebo. nam alicubi abſtrudam foris.
Ego faxo & operam & vinum perdiderit ſimul.
Me. Ego niſi quid me vis: eo lauatum vt ſacruficem.
Eu. Aedepol næ tu aula multos inimicos habes.
Atq; iſtuc aurum quod tibi concreditum eſt.
Nunc hoc mihi factum eſt optumum: vt te auferam
Aula in fidei fanum. ibi aſtrudam probe.
Fides nouiſti me: & ego te caue ſis tibi:
Ne tu inmutaſſis nomen: ſi hoc concreduo.
Ibo ad te fretus tua fides fiducia.

Strophylus.

HOc eſt ſerui facinus frugi facere: qđ ego pſequor:
Ne moræ moleſtiæq; imperiũ herile habeat ſibi.
Nam qui hero ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat:
In herum matura in ſe ſera concedet capeſſere.
Sin dormitet: ita dormitet ſeruum ſeſe vt cogitet.
Nã qui amanti hero ſeruitutẽ ſeruit: quaſi ego ſeruio:
Si herũ videt ſupare amorẽ: hoc ſerui eſſe officiũ reor:
Retinere ad ſalutẽ. nõ eum quo incũbat eo impellere.
Quaſi pueri q nare diſcunt: ſcirpea inducitur ratis:
Qui laborent minus: facilius vt nent: & moueant manus.
Eodem modo ſeruum ratem eſſe amanti hero æquum cenſeo.
Vt tolleret ne peſſum eat: tanquam
Imperium herile ediſcat: vt quod non os velit: oculi ſciant.
Quod iubeat: citis quadrigis citius properet perſequi.
Qui ea curabit: abſtinebit cenſeo nebubula.
Nec ſua opera reddet nunquam in ſplendorem compedes.
Nunc herus meus amat filiam huius euclionis pauperis.
Eam hero nunc renunciatũ eſt nuptum huic megadoro dari.
Is ſpeculatum huc miſit me: vt quę fierent: fieret particeps.
Nunc ſine omni ſuſpitione in ara hic aſſidam ſacra.
Hinc ego huc & illuc potero: quid agant arbitrarier.

Euclio ſenex. Strophylus ſeruus.

TV modo caue quoiquā indicaſſis aurum meū eſſe iſtic fides.
Nō metuo ne quiſquā inueniat: ita probe in latebris ſitū eſt.
Aedepol næ illic pulchrā prędam agat: ſiquis illam inuenerit
Aulam onuſtā auri. verum id te quæſo: vt prohibeſſis fides.
Nunc lauabo: vt rem diuinam faciam: ne affinem morer.
Quin vbi accerſat me: meam extemplo filiam ducat domum.
Vide fides etiam atq; etiam nunc ſaluā vt aulam abs te auferam.
Tuæ fidei concredidi aurū. in tuo loco & fano modo eſt ſitū.
Str. Di īmortales quod ego hūc hominem facinus audio loqui?
Se aulam onuſtam auri abſtruſiſſe hic intus in fano fidei.
Caue tu illi fidelis quæſo potius fueris quam mihi.
Atq; hic pater eſt vt ego opinor huius: herus quam amat.
Ibo hac intro. perſcrutabo fanum ſi inueniam vſpiam
Aurum: dum hic eſt occupatus. ſed ſi reperero: o fides
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Id adeo tibi faciam: verum ego mihi bibam: vbi id fecero.

Euclio.

NOn temere eſt ꝙ coruos cantat mihi nunc ab leua manu.
Simul radebat pedibus terram: & voce crocitabat ſua.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram:
Atq; in pectus emicare. ſed ego ceſſo currere.

Euclio. Strophylus.

FOras lumbrice qui ſub terra erepſiſti modo.
Qui modo nuſquam comparebas: nunc quū cōpares peris.
Ego ædepol te præſtigiator miſeris iam accipiam modis.
Str. Quæ te mala crux agitat? qd tibi mecū eſt cōmercii ſenex?
Quid me afflictas? qd me raptas? qua me cauſa verberas?
Eu. Verberabiliſſime etiā rogitas nō fur ſed trifur. (rogitas?
Str. Quid tibi ſubripui? Eu. redde huc ſis. Str. qd vis reddam? Eu.
Nihil equidē tibi abſtuli. Eu. at illud qđ tibi abſtuleras cedo.
Str. Ecquid ais? Eu. quid agam? auferre nō potes. Str. qd vis tibi?
Eu. Pone hoc ſis. aufer cauilam. non ego nunc nugas ago.
Str. Quid ego ponā? tu eloquere quicquid eſt ſuo nomine?
Non hercle equidē quicq̄ ſumpſi nec tetigi. Eu. oſtēde huc manꝰ.
Str. Hem tibi oſtēdi. eccas. Eu. video. age oſtende etiam tertiā.
Str. Laruæ hunc atq; intemperiæ inſaniæq; agitant ſenem.
Facis ne iniuriam mihi an nō? Eu. fateor quia nō perdo: maximā.
Atq; id quod iam fiet; niſi fatere. Str. quid fatear tibi?

Eu. Quid abſtuliſti hic? Str. di me perdāt: ſi ego tui quicq̄ȝ abſtuli.
Nive adeo abſtuliſſe vellem. Eu. agedum excute dum pallium.
Str. Tuo arbitratu. Eu. ne īter tunicas habeas. Str. tēta qua lubet.
Eu. Vah ſceleſtus quam benigne: vt ne abſtuliſſe intellegam.
Noui ſycophantias. age rurſum oſtende huc
Dexterā. Str. hē. Eu. nūc leuā oſtēde. Str. quin eqdē ambas ꝓfero.
Eu. Iā ſcrutari mitto. redde huc. Str. qd reddā? Eu. ah nugas agis.
Certe hēs. Str. habeo ego. quid hēo? Eu. nō dico. audire expetis.
Id meum quidquid habes redde. Str. inſanis. perſcrutatus es
Tuo arbitratu: neqȝ tui me quicquam inueniſti penes.
Eu. Mane. mane. quis illic eſt? quis hic intus alter erat tecū ſimul?
Perii hercle. ille nunc intus turbat. hunc ſi amitto: hic abierit.
Poſtremo iam hunc perſcrutaui. hic nihil habet. abi quo lubet:
Iupiter te diqȝ perdant. Str. haud male agit gratias.
Eu. Ibo intro: atqȝ illi ſocienno tuo iam interſtringuam gulā.
Fugin hic ab oculis? abin hic an nō? Str. abeo. Eu. caue ſi te videā.

Strophilus.

MOrtuum ego me mauelim letho malo:
Quam non ego illi dem hodie inſidias ſeni.
Nam hic iam non audebit aurum abſtrudere.
Credo refert iam ſecum: & mutabit locum.
At at foris crepuit. ſenex eccum aurum effert foras.
Tantiſper hic ego ad ianuam conceſſero.

Euclio. Strophilus.

FIdei cenſebam maximam multo fidem.
Eſſe. ea ſubleuit os mihi penuſſume.
Ni ſubueniſſet coruus: periſſem miſer.
Nimis hercle ego illum coruū ad me veniat velim:
Qui indicium fecit: vt ego illi aliquid boni
Duam. nam quod edit tandiu: quam perdium.
Nunc hoc vbi abſtrudam: cogito ſolum locum.
Siluaui lucus extra murum eſt aulus
Crebo ſalicto oppletus. ibi ſumam locum.
Certum eſt ſyluano potius credam quam fidei.
Fuge. fuge. dii me ſaluon & ſeruatum volunt.
Str. Iā ego illuc percurrā: atqȝ inſcēdā aliq̄ȝ in arborē:
Indeqȝ obſeruabo aurum vbi aſtrudat ſenex.
Quamquam hic manere me herus ſeſe iuſſerat:

Certum eſt mala rem potius quæram cum lucro.

Lyconides adoleſcens. Eunomia. Puella.

DIxi tibi mater. iuxta rem mecum tenes
Super euclionis filiam. nunc te obſecro
Fac mentionem cum auonculo mater mea.
Reſecroq́ꝫ mater: quod dudum obſecraueram.
Eu. Scis tute facta velle æque tu velis.
Et iſtuc confido a fratre me impetraſſere.
Et cauſa iuſta eſt: ſi quidem ita eſt vt prædicas:
Te eam compreſſiſſe vinolentum virginem.
Ly. Ego ne vt te aduorſum mentiar mater mea?
Pu. Perii mea nutrix. obſecro te. vterus dolet.
Iuno lucino tuam fidem. Ly. hem mater mea.
Tibi rem potiorem video. clamat. parturit.
Eu. I hac intro mecum gnate mi ad fratrem meum:
Vt iſtuc qđ me oras: efficiā. tibi ĩpetratū ab eo auferā.
Ly. Iam ſequor te mater: ſed ſeruum meum
Strophylum miror vbi ſit: quem ego me iuſſeram
Illic opperiri. num ego mecum cogito.
Si mihi dat operam: me illi iraſci iniurium eſt.
Ibo intro: vbi de capite meo ſunt comitia.

Strophylus.

PIci diuitiis qui aureos montis colunt:
Ego ſolus ſupero. nam iſtos reges cęteros
Memorare nolo hominum mendicabula.
Ego ſum ille rex philippus. o lepidum diem.
Nam vt dudum hinc abii: multo illuc adueni prior:
Multoq́ꝫ prius me collocaui in arborem.
Indeq́ꝫ expectabam aurum vbi abſtrudebat ſenex.
Vbi ille abiit: ego me deorſum duco de arbore.
Exfodio aulam auri plenam. inde ex eo loco
Video recipere ſe ſenem. ille me non videt:
Nam ego modo declinaui paulum me extra viam.
At at eccum ipſum. ibo vt hoc condam domum.

Euclio ſenex. Lyconides adoleſcens.

PErii. interii. occidi. quo curram? quo nunc currā?
Tene. tene. quē? qs? neſcio. nihil video. cęcꝰ eo: atq́ꝫ
Equidem quo eam; aut vbi ſim: aut qui ſim

Nequeo cũ aĩo certũ inueſtigare.obſecro vos ego mihi auxilio
Oro obteſtor ſitis:& hominem demoſtretis:qui eã abſtulerit.
Qui veſtitu & creta ocultant ſeſe:atq; ſedent quaſi ſint frugi.
Quid ais tu:tibi credere certũ ẽ.nã eſſe bonũ ex voltu cognoſco:
Quid eſt?quid ridetis?noui omnes.ſcio fures eſſe hic complures.
Hem nemo habet horũ.occidiſti.dic igitur quis habet? neſcis.
Heu me miſerũ miſerũ:perii male perditus.peſſime ornatus eo
Tñ gemiti & mali moleſtię hic dies mihi obtulit famẽ & paupies.
Perditiſſimus ego ſum omnium in terra:
Nam quid mihi opus eſt vita: qui tantum auri
Perdidi quod cuſtodiui ſedulo.egomet me fraudaui
Animumq; meum geniumq; meum:nunc eo alii lætificantur
Meo malo & damno.pati nequeo.
Ly. Quoinã homo hic ante ædis nr̃as eiulãs cõqueritur mœrẽs?
Atq; hic quidẽ euclio eſt:vt opinor.oppido ego interii.palã res.
Scit peperiſſe iam vt ego opinor filiam ſuam.nec mihi certum eſt
Quid agã.abeã an maneã?an adeã an fugiã.qd agã ędepol neſcio.

Euclio ſenex. Lyconides adoleſcens

QVis hic loqtur? Ly.ego ſum. Eu.immo ego ſum miſer
Et miſere perditus:cui tanta mala mœſtitudoq; obtigit.
Ly.Aio bono eſ.Eu.q̃ obſecro pacto eẽ poſſũ?L.qa iſtuc facius ꝗ
Sollicitat aĩum:id ego feci & fateor.Eu.quid ego ex te audio?
Ly. Id quod verum eſt.Eu.quid ego emerui aduleſcens mali:
Quamobrem id faceres:meq; meoſq; perditum ires liberos?
Ly. Deus mihi impulſor fuit.is me ad illã illexit. Eu.quo modo?
Ly. Fateor me peccauiſſe:& me culpam commeritum ſcio.
Id adeo te oratum aduenio: vt animo æquo ignoſcas mihi.
Eu. Cur id auſus facere: vt id quod non tuum eſſet: tangeres?
Ly. Quid vis fieri? factum illud fieri infectum non poteſt.
Deos credo voluiſſe.nam ni vellent:non fieret ſcio.
Eu. At ego deos credo voluiſſe:vt apud te me in neruo enecem.
Ly. Ne iſtuc dixis.Eu.quid tibi ergo meam me inuito tactio eſt?
Ly. Quia vini vitio atq; amoris feci.Eu. homo audaciſſime.
Cum iſtac te oratione huc ad me adire auſin impudens?
Nam ſi iſtuc ius eſt:vt tu iſtuc excuſare poſſies.
Luce clara deripiamus aurum matronis palam:
Poſt id ſi prenſi ſimus: excuſemus ebrios
Nos feciſſe amoris cauſa.nimis vileſt vinum atq; amor:

Si ebrio atq; amanti impune facere quod lubeat licet.
Ly. Quin tibi vltro ſupplicatum aduenio ob ſtultitiam meam.
Eu. Non mihi homines placent: qui qñ malefecerunt: purgât.
Tu illam ſciebas non tuam eſſe: non attactam oportuit.
Ly. Ergo quia ſum tangere auſus: haud cauſificor quin eam
Ego habeam potiſſimum. Eu. tun habeas me inuito meam?
Ly. Haud te inuito poſtulo: ſed meam eſſe oportere arbitror.
Quin tu eam inuenies inquam meam illam eſſe oportet euclio.
Eu. Niſi refers. Ly. qd tibi ego referã? Eu. qđ ſubupruiſti meũ:
Iam quidem ad prætorem hercle te rapiam: tibi ſcribam dicam.
Ly. Subripui ego tuum? vñ? aut qd eſt? Eu. ita te amabit iupiter:
Vt tu neſcis. Ly. niſi quidem tu mihi quid quæras dixeris.
Eu. Aulam auri inquam te repoſco: quam tu confeſſus mihi
Te abſtuliſſe. Ly. neq; ædepol dixi: neq; feci. Eu: negas?
Ly. Pernego. immo neq; ego aurum: neq; iſtęc aula quę ſiet:
Scio. nec noui. Eu. illam ex ſyluani luco quam abſtuleras cedo.
I refer. dimidiam tecum potius partem diuidam.
Tametſi fur mihi es: moleſtus non ero furi. refer.
Ly. Sanus tu non es: qui furem me voces. ego te euclio
De alia re reſciuiſſe cenſui: quod ad me attinet.
Magna eſt res quam ego tecum ocioſe ſi ocium eſt: cupio loqui.
Eu. Dic bona fide tu id aurum non ſubripuiſti? Ly. bona non.
Eu. Iſtuc quoq; bona? atq; id ſcis qui abſtulerit.
Neq; ſcis qui abſtulerit mihi indicabis. Ly. faciã. Eu. neq; partẽ
Tibi ab eo cui eſt indipiſces: neq; furem excipies.
Ly. Ita. Eu. id ſi fallis? Ly. tũ me faciat quod volt magnꝰ iupiter.
Eu. Sat habeo. age nunc loquere quid vis. Ly. ſi me nouiſti minꝰ
Genere quo ſim gnatus: hic mihi eſt megadorus auonculus.
Meus fuit pater antimachus. ego vocor lyconides.
Mater eſt euomia. Eu. noui genus nunc quid vis? Ly. id volo
Noſcere. filiam ex te tu habes. Eu. immo ec illam domi.
Ly. Iam tu deſpõdiſti opinor meo auõculo. Eu. oẽm rem teneſ.
Ly. Is me nunc renunciare repudium iuſſit tibi.
Eu. Repudium rebus paratis atq; exornatis nuptiis?
Vt illum di immortales omnes: quantum eſt perdiunt:
Quem propter hodie auri tantum perdidi infelix miſer.
Ly. Bono animo es: & bene dice. nunc quæ res tibi & gnatę tuę
Bene feliciterq; vortat: ita di faxint inquito.

Eu .Ita di faciant.Ly.& mihi ita di faciant.audi nunc iam.
Qui homo culpam admiſit in ſe:nullus eſt tam parui precii
Quin pudeat:quin purget ſeſe. nunc te obteſtor euclio:
Vt quod ego erga te imprudens peccaui aut gnatam tuam:
Vt mihi ignoſcas:eamq; vxorem mihi des:vt leges iubent.
Ego me iniuriam filiæ feciſſe fateor tuæ
Cereris vigiliis per vinum atq; impulſu adoleſcentię.
Eu. Hei mihi quod facinus ex te ego audio? Ly.curre in vias
Quem ego auom feci:iam vt eſſes filię nuptiis.
Nam tua gnata peperit decumo menſe poſt.numerum cape.
Ea re repudium remiſit auonculus cauſa mea.
Intro exquire:ſit ne ita vt ego prædico.Eu.perii oppido.
Ita mihi ad malum malę res plurimę ſe adglutinant.
Ibo intro vt quid huius rei ſit ſciam.Ly.iam te ſequor.
Nec nunc ſeruum eſſe vbi dicam meum ſtrophylum? nō reperio
Niſi etiā hic.opperiar tamē pauliſp : poſtea intro hūc ſubſequar.
Nunc interium ſpacium ei dabo exquirendi.
Meum factum ex gnatę pediſſequa nutrice an vera nouit.

Strophylus. Lyconides.

O I immortales quibus & quantis me donatis gaudiis.
Quadrilibrē aulā auro onuſtā habeo.quis me eſt diuitior?
Quis me athenis nūc magis quiſquā eſt hō: cui dii ſint propitii?
Ly.Certo.n.ego vocē hic loqntis mō me audire viſus ſū (meū?
Str.Herꝶ ne ego aſpicio meū? Ly. video ego nūc ſtrophylū ſeruū
Str.Ipſus eſt.Ly.haud aliud eſt.Str.cōgrediar.Ly.cōtollā gradū.
Credo ego illū vt iuſſi eampſe anū adiſſe huius nutricē virginis.
Str.Quin ego illi inueniſſe dico hanc prædam:atq; eloquar?
Igitur orabo vt manu me mittat.ibo atq; eloquar.
Reperi.Ly.quid reperiſti? Str.non quod pueri clamitant
In faba ſe reperiſſe.Ly.iam ne autem vt ſoles deluſis?
Str. Here mane.eloquar.iam auſculta.
Ly. Age ergo loquere.Str.repperi hodie here diuitias nimias.
Ly. Vbi nam?Str.quadrilibrem inquam aulam auri plenam.
Ly. Qđ ego facinus audio ex te? Str.euclioni huic ſeni ſubripui.
Ly. Vbi id aurū? Str.in arca apud me. nūc volo me emitti manu.
Ly. Ego ne te emittam manu ſcelerum cumulatiſſime?
Str. Ah here:ſcio quam rem geras.
Lepide hercle animum tuum tentaui. iam vt eriperes apparabas.

Quid faceres ſi reperiſſem? Ly.non potes probaſſe nugas.
I redde aurum.Str.reddam ego aurū? Ly.redde inquam.
Vt huic reddatur.St.ah vnde?
Ly.Qđ mō faſſus es eē ī arca. Str. ſoleo hercle ego garrīr nugas
Ita loquor.Ly.at ſcin quomodo.Str.vel hercle eneca:
Nunquā hinc feres a me:quod non habeo.Ly.ferā.
Str. Abi hercle: ſcio quam rem geras:
Lepide hercle animū tuū tentaui: iam vt eriperes apparabas.
Quid faceres ſi reperiſſem? Ly.non potes probaſſe nugas.
I redde aurum. Str.reddam ego aurum? Ly.redde inquam.
Vt huic reddatur.Str.ah vnde?
Ly.Qđ mō faſſus es eſſe ī arca.St. ſoleo hercle ego garrīr nugaſ.
Ita loquor Ly.at ſcin quomodo? Str.vel hercle eneca:
Nunquam hinc feres a me

Hæc comœdia quę reperiebatur imperfecta:
abſoluta eſt a codro vrceo in hunc modum.

Str. Nunquam feres hinc a me: quod non habeo.Ly.feram
Velis nolis:cum te quadrupedem ſtrinxero:
Et heriniosos teſtes ad trabem tibi
Diuellam appenſo.ſed cur in fauces moror
Huius ſceleſti ruere? & animam protinus
Cur non compello facere iter prępoſterum?
Das an nō?Str.dabo.Ly.des vt nunc:non olim volo.
Str. Do iam:ſed me animam recipere ſinas te rogo.
Ah ah quid vt dem poſcis here? Ly.neſcis ſcelus?
Et aulam arui plenam quadrilibrem mihi
Audes negare:quam dixti modo
Te arripuiſſe? heia iam vbi ſunt loarii?
Str. Here audi pauca.Ly.non audio.lorarii
Heus heus.Lo.quid eſt? Ly.parari catenas volo.
Stro. Audi queſo:poſt me ligari iuſſeris
Quantumlibet.Ly.audio:ſed rem expedias ocyus.
Str. Si me torqueri iuſſeris ad necem:vide quid
Conſequare:primum ſerui exitium habes:
Deinde quod concupiſcis.ferre non potes.
At ſi tu dulcis libertatis pręmio
Dudum captaſſes:iamdum votis fores
Votis potitus.omnes natura parit liberos:

Et omnes libertati natura ſtudent.
Omni malo omni exitio peior ſeruitus:
Et quē iupiter odit: ſeruum hunc primū facit.
Ly. Non ſtulte loqueris. Str. audi reliqua nunciam:
Tenaces nimium dominos noſtra tulit ætas:
Quos harpagos harpyas & tantalos
Vocare ſoleo in opibus magnis pauperes:
Et ſitibundos in medio oceani gurgite.
Nullę illis ſatis diuitiæ ſunt: non mydę
Non croeſi non omnis perſarum copia
Explere illorum tartaream ingluuiem poteſt.
Inique domini ſeruis vtuntur ſuis:
Et ſerui inique dominis nunc parent ſuis.
Sic fit neutrobi: quod fieri iuſtum foret.
Penum. popinas cellas promptuarias
Occludunt mille clauibus parci ſenes:
Quę vix legitimis concedi natis volunt.
Serui furaces. verſipelles. callidi
Occluſa mille clauibus ſibi reſerant:
Furtimq; raptant. conſumunt. liguriunt
Centena nunquā furta dicturi cruce.
Sic ſeruitutem vlciſcuntur ſerui mali
Riſu iociſq;. ſic ergo concludo ꝙ
Seruos fideles liberalitas facit.
Ly. Recte quidem tu: ſed non paucis vt mihi
Pollicitus: verum ſi te facio liberum
Reddes quod cupio? Str. reddam: ſed teſtes volo
Adſint. ignoſces here. parum credo tibi.
Ly. Vt iubet: adſint vel centum: iam nil moror.
Stro. Megadore & tu eunomia adeſte precor: ſi libet.
Exite. perfecta re mox redibitis.
Me. Qui nos vocat? hē lycōide. Eu. hē. ſtrophile qd ē?
Loqmini. Ly. breue eſt. Me. qd ē? Str. vos teſtes voco.
Si quadrilibrem aulam auri plenam huc affero:
Et trado lyconidę: lyconides me manu
Mittit: iubet iuris eſſe me mei:
Ita ne ſpondes? Ly. ſpondeo. Str. Iam ne audiſtis hoc
Quod dixit. Me. audimus. Str. iura etiam per iouem

Ly. Hem quo redactus ſum alieno malo.
Nimis procax es.quid lubet faciam tamen.
Str. Heus tu noſtra ætas non multum fidei gerit.
Tabulę notantur: adſunt teſtes duodecim:
Tempus locumq; ſcribit actuarius.
Tamen inuenitur rhetor qui factum neget.
Ly. Sed me cito expediſis.Str.hem ſilicem tibi.
Ly. Si te ego ſciens fallam:ita me eiiciat dieſpiter
Bonis ſalua vrbe & arce:vi ego hunc lapidem. ſatin
Iam feci tibi? Str.ſatis:vt ego aurum apportem eo.
Ly. I pegaſeo gradu:& vorans viam redi.

Lyconides.Strophilus.Megadorus.Eunomia.Euclio.

GRaue eſt homni prudenti morologus nimis
Seruus: qui ſapere plus vult hero ſuo.
Abeat hic ſtrophilus in malam liber crucem:
Modo mihi apportet aulam auro puro grauem:
Vt euclionem ſocerum ex luctu retraham
Ad hilaritatem:& mihi conciliem filiam
Ex compreſſu meo nouam puerperam.
Sed ecce redit onuſtus ſtrophilus:vt reor
Aulam apportat: & certe eſt aula quam gerit.
Str. Lyconide apporto inuentum promiſſum tibi:
Aulam auri quadrilibrem.nun verus fui?
Ly. Nẽpe:o dii ĩmortales quid video aut qd habeo?
Plus ſexcentos philippeos ter & quater.
Sed euocemus euclionem protinus.
O euclio euclio.Me.euclio euclio.Eu.quid eſt?
Ly. Deſcende ad nos.iam dii te ſeruatum volunt.
Habemus aulam.Eu.habetis ne? an me luditis?
Ly. habemus inquam:modo ſi potes huc aduola.
Eu. O magne iupiter o lar familiaris &
Regina iuno & noſter theſaurarie
Alcide:tandem miſerati miſerum ſenem.
Oh quam letis aula tibi amicus ſenex
Complector vlnis: & te dulci capio oſculo.
Expleri nequeo mille vel complexibus
O ſpes ocor, luctum depuluerans meum.
Ly. Auro carere ſemper duxi peſſimum

Et pueris & viris & ſenibus omnibus
Pueros proſtare cogit indigentia.
Viros furari. mendicarier ipſos ſenes:
At multo peius eſt: vt video nunc ſupra
Quam quod neceſſe eſt nobis auro opuleſcere.
Heu quantas paſſus eſt ærumnas euclio
Ob aulam paulo ante aſe deperditam.
Eu. Cui meritas referam grates? an: diis qui bonos
Reſpectant homines? an amicis rectis veris?
Anutriſq;? vtriſq; potius. & primum tibi
Lyconide principium & auctor tanti boni.
Hac ego te aula auri condono: accipias libens.
Tuam hanc eſſe volo & filiam meam ſimul
Pręſente megadoro & ſorore eius proba
Eunomia. Ly. & habetur & refertur gratia
Vt meritus es ſocer exoptatus mihi euclio.
Eu. Relatam mihi ſatis putabo gratiam:
Si donū noſtrū & me ipſum accipias nūc libens.
Ly. Accipio: & euclionis volo mea ſit domus.
Str. Quid reſtat here nunc? memento vt ſim liber.
Ly. Recte monuiſti: eſto merito liber tuo
O ſtrophile: & turbatam iam intus cœnam para.
Stro. Spectatores naturam auarus euclio
Mutauit? liberalis ſubito factus eſt.
Sic liberalitate vtimini vos quoq;.
Et ſi fabula perplacuit: clare plaudite.

In aliis codicib⁹ eidē hemeſtichio ſeq̄ntes verſus adiecti ſūt.

Ly. Non ferā? Str. nunquā quod nō habeo. Ly. ne efferaris caue:
Niſi actutū ſeni id auri redditio eſt. St. ſiue perpenſus ferar
Libitinarius: ſiue pollinctorius efferar: nunquā dabo niſi fodiā
Nouiter arrogiā. Ly. vę capiti tuo. St. immo ſenis & capiti
Et pectori: qui auri tantū perdidit. Ly. quis repperit?
St. Quē reppeiſſe vis? Li. qui in arca illud ſubreptū habere
Autumat. St. Quā pulchre tibi here conniuerent oculi: ſi id
Factum fateor lado quod luſi tecū: non par eſt identidē
Serio vortier: Li. at nunc iā ne me irritaſſis: i aurū
Redde ſuſq; deq; haud agites. St. here id ſi repperibitur:
Certū eſt geminā te lancē confitentē icere. Li. i. & redde.

St. Vis craſſum? Li.i & redde.St.at at maſſum quęritas?
Li. I & redde. ego ad ſenem propero: vt quid comitiis
Proximis videam.Senex auri aulam perdidit.Megadorus
Repudium renunciat. Filiam peperiſſe vitio reſciit.Str.hero
Meo quantū hodie video:nemo eſt benignior.Alii non quod
Inuentum eſt non occulunt modo: negant: occulūt vaniloqui.
Sed aliud poſt aliud.Si quaſit opportunitas:harpagatum
Volunt.ſi eleuſinę ſit facilem deam creduant.Si cotito:
Non videre quem batuat.Ita neq; amicis cognatis
Neq; dis parcunt:dum bene parcant ſibi.Iſtic quidem
Ne miſerum faciat ſenem:aut illius familiam opulentam.
Auri aulam grandem.onuſtam.plenam referri iubet:
Vt ſe faciat olim miſerum atq; ſuam familiam.Aſt ego partem
Impartire malim:vnde redimar. Quod vortat bene picus
A ſiniſtris cantitat:qui auri cuſtos hercle olim traditur.
Ibo & aulam referam:quod illæc mihi bene auis occinat.

## Plauti poetæ clariſſimi capti ui duo incipiuntur.

### Argumentum.

CAptus eſt in pugna egionis filius.
Alium quadrimū fugiens ſeruus vēdidit.
Pater captiuos commercatur alios
Tantum ſtudens vt natum recuperet:
Et inibi emit olim amiſſum filium.
Is ſuo cum domino veſte verſa ac nomine
Vt amittatur fecit.ipſus plectitur.
Et is reduxit captum & fugitiuum ſimul:
Indicio cuius alium agnoſcit filium.

### Prologus.

VOs quos videtis ſtare hic captiuos duos:
Illi qui ſtant:hi ſtant ambo:non ſedent.
Vos vos mihi teſtes me verum loqui.
Senex qui hic habitat ægio:huius pater.
Sed is quo pacto ſeruiat ſuo ſibi patri:
Id ego hic apud vos proloquar:ſi operam datis.
Seni huic fuerunt filii nati duo:

Alterum quadrimum puerum ſeruus ſubripuit:
Eumq; hinc profugiens vendidit in aulide
Patri huiuſce.iam hoc tenetis? optumum eſt.
Negat hercle ille ultimus.accedito.
Si non vbi ſedeas locus eſt: eſt vbi ambules.
Quando hiſtrionem cogis mendicarier:
Ego tua cauſa eccere non rupturus ſum.
Vos qui poteſtis ope veſtra cenſerier:
Accipite reliquom.alieno vti nihil moror.
Fugitiuus ille dixeram ante huius patri
Domo quē profugiens dominū abſtulerat:vēdidit.
Hic poſtquam hunc emit:dedit eum huic gnato ſuo
Peculiarem:quia quaſi vna ætas erat.
Hic nunc domi ſeruit ſuo patri: nec ſcit pater.
Eſt vero.di nos quaſi pilas homines habent.
Rationem habetis quo modo vnum amiſerit.
Poſtquam belligerant ætoli cum aulidis:
Vt fit in bello capitur alter filius.
Medicus menarchus emit.ibidem in aulide
Cepit captiuos commercari hic alios:
Si quem reperire poſſet cum quo mutet ſuum.
Illum captiuom hunc ſuum eſſe neſcit qui domiſt.
Et quoniam heri inde audiuit de ſummo loco
Summoq; genere captum equitem alium:
Nihil precio parſit: filio dum parceret:
Reconciliare vt facilius poſſet domum.
Emit hoſce de præda ambos de queſtoribus.
Hiſce autem inter ſeſe confinxerunt dolum:
Quo pacto hic ſeruus ſuū herū hinc amittat domū:
Atq; inter ſe commutant veſtem & nomina.
Illic vocatur philocrates:hic tyndarus.
Huius illic:hic illius hodie fert imaginem.
Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam.
Et ſuum herum faciet libertatis compotem:
Eodemq; pacto fratrem ſeruabit ſuum:
Reducemq; faciet liberum in patriam ad patrem
Imprudens.itidem & ſæpe iam in multis locis
Plus inſciens quid fecit: quam prudens boni.

Sed inſcientes ſua ſibi fallacia
Ita compararunt & confinxerunt dolum:
Itaq; hi commenti de ſua ſententia.
Vt in ſeruitute hic ad ſuum maneat patrem.
Ita nunc ignorans ſuo ſibi ſeruit patri.
Homunculi quanti ſunt quum recogito.
Hæc res agetur nobis: vobis fabula.
Sed etiam eſt paucis vos quod monitos voluerim.
Profecto expediet fabulæ huic operam dare.
Non pertractate facta eſt: neq; item vt cęterę:
Neq; ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles.
Hic neq; periurus leno eſt. nec meretrix mala.
Neq; miles glorioſus. eſſe ne vereamini:
Quia bellum ætolis dixi cum aulidis.
Foris illic extra ſcænam fient prelia.
Nam hoc pene iniquomſt comico choragio
Conari de ſubito nos agere tragœdiam.
Proin ſiquis pugnam expetat: lites contrahat
Valentiorem nactus aduerſarium.
Si erit: ego faciam vt pugnam inſpectet non bonam.
Adeo vt ſpectare poſtea omnis oderit.
Abeo. valete iudices iuſtiſſimi
Domi belliq; duellatores optimi.

Paraſitus.

IVuentus nomen indidit ſcorto mihi:
Eo quia inuocatus ſoleo eſſe in conuiuio.
Scio abſurde dictum hoc deriſores dicere.
At ego dico recte: nam ſcortum in conuiuio
Sibi amator talos quum iacit inuocat.
Eſt ne inuocatum an non? planiſſime.
Verum hercle verum non paraſiti planius
Quos nunquam quiſquã neq; vocat: neq; inuocat:
Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum.
Vbi res prolatę ſunt quum rus homines eunt.
Simul prolatę res ſunt noſtris dentibus
Quaſi quum caletur cochleę in oculto latent.
Suo ſibi ſucco viuont: ros ſi non cadit.
Item paraſiti rebus prolatis latent.

In occulto miſeri victitant ſucco ſuo:
Dum ruri rurant homines: quas liguriant.
Prolatis rebus paraſiti venatici canes
Sumus. quando rure redierunt moloſſici.
Odioſiciq; & multum incommodeſtici
Et hic quidem hercle niſi qui colaphos perpeti
Poteſt paraſitus: frangiq; aulas in caput:
Vel ire extra portam trigeminam ad ſacculum licet:
Quod mihi ne eueniat nonnullum periculum eſt.
Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium:
Ita nunc belligerant ætoli cum aulidis.
Nam ætolia hæc eſt: illic eſt captus in aulide
Philopolemus huius egionis filius
Senis qui hic habitat. quæ ædes lamentariȩ
Mihi ſunt: quas quotieſcunq; conſpicio: fleo.
Nunc hic occœpit quȩſtum hunc filii gratia.
In honeſtum: & maxime alienum ingenio ſuo.
Homines captiuos commercatur: ſi queat
Aliquem inuenire ſuum quicum mutet filium.
Nunc ad eum pergam: ſed aperitur oſtium
Vnde ſaturitate ſæpe ego exii ebrius.

Egio ſenex. Ergaſilus paraſitus. Lorarius

ADuorte animum ſis. iſtos captiuos duos
Heri quos emi de præda de quȩſtoribus.
His indito catenas ſingularias.
Iſtas maiores quibus ſunt vincti demito.
Sinito ambulare ſi foris ſi intus volent.
Sed vti adſeruentur magna diligentia.
Liber captiuus auis fere conſimilis eſt:
Semel fugiendi ſi data eſt occaſio:
Satis eſt: nunquam poſt illam poſſis prendere:
Omnes profecto liberi libentius
Sumus: quam ſeruimus. Lo. non videre ita tu quidē
Si non eſt quod dem: me ne vis dem ipſe in pedes!
Se. Si dederis: erit extemplo mihi quod dem tibi.
Lo. Auis me fere conſimilem faciam: vt prædixiſti.
Se. Ito vt dicis: nam ſi faxis te in caueam dabo.
Sed ſatis verborum eſt. cura quȩ iuſſi: atq; abi

Pa. Quod quidē ego nimis quā cupio vt impetret.
Nam ni illum recipiat: nihil eſt quo recipiam.
Nulla eſt ſpes iuuentutis: ſeſe omnes amant:
Ille demum antiquis eſt adulescens moribus
Cuius nunquam voltum tranquillauit gratus
Condigne pater eſt eius moratus moribus.
Se. Ego ibo ad fratrem: ad alios captiuos meos.
Viſam ne nocte hac quippiam turbauerint.
Inde me continuo recipiam rurſum domum.
Pa. Aegre eſt mihi hunc facere quęſtum carcerariū
Propter ſui gnati miſeriam miſerum ſenem.
Sed ſi vllo pacto ille huc conciliari poteſt:
Vel carnificinam hunc facere poſſum perpeti.
Se. Quis hic loqtur? Pa. ego q tuo mœrore maceror
Maceſco. conſeneſco. & tabeſco miſer.
Oſſa atq; pellis vt miſer macritudine.I
Neq; vnquam quicquam me iuuat: quod edo domi.
Foris aliquantulum etiam quod guſto id beat.
Se. Ergaſile ſalue. Er. di te bene ament egio.
Se. Ne fle. Pa. ego ne illum fleam? ego ne nō defleā
Talem adoleſcentem? Se. ſemper ſenſi filio
Meo te eſſe amicum: & illum intellexi tibi.
Tum deniq; omnes noſtra intelligimus bona:
Quum quę in poteſtate habuimus: ea amiſimus.
Er. Ego poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtiū:
Expertus quanti fuerit nunc deſidero.
Se. Alienus quum eius incommodum tā ægre feras:
Quid me patrem par facere eſt cui ille eſt vnicus.
Pa. Alienus ego alienus ille? ah egio
Nunquam iſtuc dixis: neque animum induxis tuum.
Tibi ille vnicus eſt: mihi etiam vnico magis vnicus.
Se. Laudo malum quum amici tuum ducis malum:
Nūc habe bonū animū. Pa. hem. Se. huic illud dolet.
Quia nunc remiſſus eſt edendi exercitus:
Pa. Nullumne interea natus qui poſſet tibi
Remiſſum quem dixti imperare exercitum.
Se. Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam.
Quod obtigerat: poſtquā captus philopolemus tu9.

Pa. Non pol mirandum eſt fugitare hanc prouinciā.
Multis & multigeneribus opuſt tibi
Militibus: primodum opus eſt piſtorienſibus
Eorum ſunt aliquot genera piſtorienſium.
Opus paniceis eſt: opus placentinis quoq;
Opus turdetanis: opuſt ficedulenſibus.
Iam maritumi omnes milites opus ſunt tibi.
Se. Vt ſępe ſumma ingenia in oculto latent.
Hic qualis imperator nunc priuatus eſt:
Habe modo bonū animū: nam illum confido domū
In his diebus me reconciliaſcere.
Nam eccum hic captiuum adoleſcentem alium
Prognatum genere ſummo & ſummis diuitiis
Hoc illum me mutare confido fore.
Pa. Ita di deęq; faxint. Se. ſed num quo foras
Vocatus ad cœnam? Pa. nuſquam quod ſciam.
Sed quid: dum id quęris? Se. quia mihi eſt natalis dies
Proptera te vocari ad cœnam volo.
Pa. Facete dictum. Se. ſed ſi pauxillum potes
Contentus eſſe. Pa. ne per pauxillum modo
Nam iſtoc me aſſiduo victu delecto domi.
Se. Ageſis roga. Pa. emptū niſi quis meliorē adfert
Quę mihi: atq; amicis placeat condicio magis.
Se. Quaſi fundum vendam: meis me addicā legibus.
Pa. Proh fundū vēdis? Se. tu quidē haud fundū mihi
Sed ſi venturus: tempori. Pa. æmulis iam ocium eſt.
Se. I modo: venare leporem: nunc itym tenes.
Pa. Non meus ſcrupoſam victus commeat viam.
Nunquam iſtoc vinces me egio: ne poſtules
Cum calceatis dentibus veniam tamen.
Se. Aſper meus victus ſane eſt. Pa. ſentis ne? hęſitas
Se. Terreſtris cœna eſt. Pa. ſus terreſtris beſtia eſt.
Se. Multis oleribus. Pa. curato ægrotos domi.
Num quid vis? Se. venias tēpori. Pa. memorē mones.
Se. Ibo intro atq; intus ſubducam ratiunculam.
Quantulum argenti mihi apud trapezitam ſiet:
Ad fratrem quo ire dixeram: mox iero.

Lorarius. Philocrates. Tyndarus captiui

DI immortales id voluerunt vos hanc ærumnam exequi.
Decet id pati animo æquo.ſi id facietis:leuior labos erit.
Domi fuiſtis credo liberi.
Nunc ſeruitus ſi euenit:ei vos morigerari mos bonuſt:
Eamq; & herili imperio ingeniis veſtris leuem reddere.
Indigna digna habenda ſunt herus quę facit.Ca.ohohoh
Lo. Eiulatione haud opus eſt multa oculis multa miſeria editis.
In re mala animo ſi bono vtare adiuuat.
Ca. At nos pudet:quia cũ catenis ſumus.Lo.at pigeat poſtea
Noſtrum herum:ſi vos eximat vinculis:
Aut ſolutos ſinatq;: quos argento emerit:
Ca. Quid a nobis metuit? ſcimus nos.
Noſtrum officium quod eſt ſi ſolutos ſinat
Lo. At fugam fingitis: ſentio quam rem agitis.
Ca. Nos fugiamus? quo fugiamus? Lo. in patriam.Ca.apage
Haud nos deceat fugitiuos imitari. Lo.immo ædepol.
Si erit occaſio haud dehortor.
Ce. Vnũ exorare vos ſinite nos.Lo.q̃dnã id eſt? Ca.vt ſine hiſce
Arbitris atq; vobis nobis detis locum loquendi.
Lo.Fiat.abſcedite hĩc:nos cõcedamꝰhuc:ſed breuẽ orõeꝫ ĩcepiſſe
Ph. Hem iſtuc certum erat.concede huc.Lo.abite ab iſtis.
Ph.Obnoxii ambo vobis ſumus ꝑ hãc rẽ: quũ q̃ volumus nos
Copia eſt:ea facitis nos compotes.
Secede huc nunc iam ſi videtur procul:
Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant
Ne ve permanet palam hęc noſtra fallacia.
Nam doli non doli ſunt: ni aſtu colas.
Sed malum maximum ſi id palam prouenit.
Nam ſi herus mihi es tu: atq; ego me tuũ eſſe ſeruũ aſſimulo:
Tamen viſo opuſt.cauto eſt opus: vt hoc ſobrie ſineq; arbitris
Accurate hoc agatur docte & diligenter.
Tanta incepta res eſt: haud ſomniculoſe hoc
Agendum eſt.Tyn.ero vt me voles eſſe.Phi.ſpero.
Nam tu nunc vides pro tuo caro capite
Earum offerre meum caput vilitati
Tyn. Scio.Phi.at ſcire memento:quando id quod voles habebis.
Nam fere maxima pars morẽ hunc hoĩes habẽt:quod ſibi volũt:
Dum id impetrant:boni ſunt.ſed id vbi iã penes ſeſe habent:

Ex bonis peſſimi & fraudulentiſſimi
Sunt:nunc vt mihi te volo eſſe autumo.
Quod tibi ſuadeam: ſuadeam meo patri.
Pol ego ſi te audeam meum patrem nominem:
Nam ſecundum patrē tu es pater proximus.
Tyn. Audio.Phi.& propterea ſæpius te vt memineris moneo.
Non ego herus tibi ſed ſeruus ſum.nunc obſecro te hoc vnum:
Quoniam nobis di immortales animū oſtenderunt ſuum:
Vt quid herum me tibi fuiſſe atq; eſſe nunc conſeruum velint:
Quod ante hoc pro iure imperitabā modo: nūc te oro per precē
Per fortunam incertam: & per mei te erga bonitatem patris:
Perq; conſeruitium commune: quod hoſtica euenit manu:
Ne me ſecus honore honeſtes: quā ego te quum ſeruiebas mihi.
Atq; qui fueris: & qui nunc ſis: meminiſſe vt memineris.
Ty. Scio quidē me te eſſe nunc: & te eſſe me.P.hē iſtuc ſi potes
Memoriter meminiſſe: ineſt ſpes nobis in hac aſtutia.

Egio ſenex: Philocrates. Tyndarus.

TAm ego reuertatar intro: ſi ex his quę volo exquiſiuero.
Vbi ſunt iſti quos ante ædis iuſſi huc produci
Foras? P.ædepol tibi ne queſtioni eſſemus cautum intelligo:
Ita vinclis cuſtodiiſq; circummuniti ſumus.
Eg. Qui cauet ne decipiatur: vix cauet quum etiam cauet.
Etiam quum cauiſſe ratus eſt: ſæpe is cautor captus eſt.
An vero non iuſta cauſa eſt: vt vos ſeruem ſedulo:
Quos tam grandi ſim mercatus præſenti pecunia?
Ph. Neq; pol tibi nos quia nos ſeruas:æquum ſtultitię vertere:
Neq; te nobis ſi abeamus hinc: ſi fuat occaſio.
Eg. Vt vos hic: itidem illic apud vos meus ſeruatur filius.
Ph. Captus eſt.Eg.ita Ph. non igitur nos ſoli ignaui ſumus.
Eg. Secede huc:nam ſunt quę ex te ſolo ſcitari volo:
Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo.Ph.non ero
Quod ſciam.ſi quod neſciui:id neſcium tradam tibi.
Tyn. Nunc ſenex eſt in tonſtrina.nunc iam cultros attinet.
Næ is quidem inuolucre iniicere voluit: veſtem vt ne inquinet.
Sed vtrum ſtrictim ne adtonſurum dicam eſſe: an per pectinem
Neſcio.verum ſi frugi eſt: vſque admutilabit probe.
Eg. Quid tu ſeruus ne eſſe an liber mauelis? memora mihi.
Ph. Proximum quod ſit bono:quodq; a malo longiſſime

Id volo.quamquam non multum fuit moleſta ſeruitus.
Nec mihi ſecus erat: quam ſi eſſem familiaris filius.
Eg. Euge pol thalem talento non emam mileſium.
Nam ad ſapientiam huius nimius nugator fuit.
Vt facete orationem ad ſeruitutem contulit?
Quo de genere natuſt illic philocrates? Ph. polyplusio.
Quod genus illic eſt vnum pollens atq; honoratuſſumum.
Eg. Quid ipſus hic q̄ honore ē illic? Ph. ſūmo atq; ab ſūmis viris.
Eg. Tum igitur ei quum in aliis tanta gratia eſt vt prædicas:
Quid diuitiæ? ſunt ne optumę? Ph. vnde excoquat ſeuum ſenex.
Eg. Quid pater viuit ne? Ph. viuū quū inde abimus liquimus.
Nunc viuat nec ne: id orcum ſcire oportet ſcilicet.
Eg. Salua res eſt. philoſophatur quoq; iam. non mendax mō ē.
Quod erat ei nomen? Ph. theſauro chryſonico chryſides.
Eg. Videlicet propter diuitias inditum id nomen quaſi eſt.
Ph. Immo ædepol propter auariciam ipſius atq; audaciam.
Nam illi quidem theodoromedes fuit germano nomine.
Eg. Quid tu ais? tenax ne pr̄ eſt eius? Ph. immo ædepol ptinax.
Quin etiam vt magis noſcas: genio ſuo vbi quando ſacruficat:
Ad rem diuinam quibus eſt opus ſamiis vaſis vtitur.
Ne ipſe genius ſurripiat: proinde aliis vt credat vide.
Eg. Sequere hac me igitur. eadē ego ex hoc quę volo exqſiuero.
Philocrates hic fecit hominem frugi: vt facere oportuit.
Nam ego ex hoc quo genere natus ſcio ſis: hic faſſus eſt mihi.
Hęc tu eadem ſi confiteri vis: tua re feceris:
Quę tamen ſcito ſcire me ex hoc. Tyn. fecit officium hic ſuum
Quum eſt tibi confeſſus: quem volui ſedulo
Meam nobilitatem occultare & genus & diuitias meas.
Ego nunc quando patriam & libertatem perdidi:
Non ego iſtunc me potius quam te metuere æquum cenſeo.
Vis hoſtilis cum iſtoc fecit meas opes æquabiles.
Memini quū dicto haud audebat: facto nunc lædat licet.
Sed viden? fortuna humana fingit arctatq; vt lubet.
Me qui liber fueram ſeruom fecit: e ſummo infimum.
Qui imperare inſueram: nunc alterius imperio obſequor
Equidem. ſi proinde vt ipſe fui imperator familię:
Habeā dn̄m: non verear: ne iniuſte aut grauiter mihi imperet.
Egio hoc te monitum niſi forte ipſe non vis volueram.

Eg. Loqre audacter.Tyn.tam ego fui ante liber : quã gnat⁹ tu⁹.
Tam mihi quam illi libertatem hoſtilis eripuit manus.
Tam ille apud nos ſeruit:quam ego nunc hic apud te ſeruio.
Eſt profecto deus:qui quę nos gerimus: auditq; & videt.
Is vti tu me hic habueris proinde illum illic curauerit.
Bene merenti bene profuerit:male merenti par erit.
Quam tu filium tuum:tam pater me meus deſiderat.
Eg. Memini ego iſtoc:ſed faterin eadem quę hic faſſus eſt mihi?
Tyn. Ego patri meo eſſe fateor ſummas diuitias domi:
Meq; ſummo genere gnatum:ſed te obteſtor ægio:
Ne tuum animum auariorem faxint diuitię meę.
Ne patri tametſi vnicus ſum:decere videatur magis
Me ſaturum ſeruire apud te ſumptu & veſtitu tuo:
Potius quam illic vbi minime honeſtumſt mendicantem viuere.
Eg. Ego virtute deum & maiorum noſtrum diues ſum ſatis.
Non ego omnino lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo.
Scio ego multos iam lucrum luculentos homines reddidit.
Eſt etiam vbi profecto damnũ pręſtet facere quam lucrum.
O di ego aurum.multa multis ſępe ſuaſit perperam.
Nunc hoc animumaduortite:vt ea quę ſentio pariter ſciatis.
Filius meus illic apud vos ſeruit captus aulide.
Eum ſi reddis mihi: pręterea vnum nũmum ne duis.
Et te & hunc amittam hinc.alio pacto abire non potes.
Tyn.Optimũ atq; æquiſſimũ oras:optumuſq; hominũ es hõ
Sed is priuatam ſeruitutem ſeruit illic: an publicam?
Eg.Priuatã medici menarchi.Tyn.pol hic quidẽ huius eſt cliens.
Tam hoc quidẽ tibi in procliui:quam imber eſt quando pluit.
Eg. Facis homo vt redimatur.Tyn.faciam.ſed te id oro egio.
Eu. Quid vis dũ ab re ne quid ores: faciã.Tyn.auſculta.tu ſcies.
Ego me amitti donicum ille huc redierit: non poſtulo.
Verum te quęſo vt æſtimatũ hunc mihi des : quẽ mittã ad patrẽ:
Vt is homo redimatur illic.Eg.immo aliũ potius miſero:
Hinc vbi erunt inducię: illuc tuũ qui conueniat patrẽ
Qui tua quę tu iuſſeris mandata ita vt velis proferat.
Tyn. At nihil eſt ignotum ad illum mittere. operam luſeriis.
Hunc mitte.hic omne tranſactum reddet:ſi illec venerit.
Nec quenquam fideliorem:neq; cui plus credat potes
Mittere ad eum: nec qui magis ſit ſeruus ex ſententia:

Necq̧ adeo quoi ſuum concredat filium hodie audacius.
Ne vereare.meo periclo huius ego experiar fidem
Fretus ingenio eius: q̄ me eſſe ſcit erga ſeſe beniuolum.
Eg. Mittam eqnidē iſtum æſtimatum tua fide ſi vis.Tyn.volo.
Quam citiſſime poteſt tuam hoc celere ad factum volo.
Eg. Nū quę cauſa eſt: quin ſi ille huc non redeat viginti minas
Mihi des pro illo? Tyn.optume ĩmo.Eg.|ſoluite iſtum nunc iam
Atq̧ vtruncq̧.Tyn.di tibi omnis omnia optata ferant:
Quū me tanto honore honeſtas:quncq̧ ex vinclis eximis.
Hoc quidem haud moleſtunſt iam:quod collus collaria caret.
Quod bonis benefit beneficium : gratia ea grauida eſt bonis.
Eg.| Nunc tu illū ſi illo es miſſurus,doce.demonſtra.præcipe
Quę ad patrē vis nunciari.vin vocē huc ad te? Tyn.voca.

Egio. Philocrates. Tyndarus.

QVę res bene vortat mihi meoq̧ filio
Vobiſq̧:volt te nouus herus operam dare
Tuo veteri domino: quod is velit fideliter.
Nam ego te æſtimatum huic dedi viginti minis.
Hic autem te ait mittere hinc velle ad patrem
Meum vt illic redimat filium:mutatio|
Inter me atq̧ illum vt noſtris fiat filiis.
Ph. Vtroq̧ vorſum rectumſt ingenium meum
Ad te atq̧ illum pro rota me vti licet.
Vel ego huc vel illuc vortar:quo imperabitis.
Eg. Tute tibi ea tuopte ingenio prodis plurimū:
Quum ſeruitutem ita fers vt ferri decet.
Sequere.en tibi hominem.Tyn.gratiam habeo tibi:
Quum copiam iſtam mihi & poteſtatem facis:
Vt ego ad parentes hunc remittam nunciū.
Qui me quid rerū agitē: & quid fieri velim
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.
Nunc ita conuenit inter me atq̧ hunc tyndare:
Vt te æſtimatum in aulidem mittam ad patrē.
Si non rebitas huc:vt viginti minas
Dem pro te.Ph.recte conueniſſe ſentio.
Nā pater expectat aut me aut aliquē nunciū:
Qui hinc ad ſe veniat.Tyn.ego aīum aduortas volo:
Quę nunciare hinc te volo in patriam ad patrem.

Ph. Phylocrates vt adhuc locorum feci: faciam ſedulo:
Vt potiſſimum quod in rem recte conducat tuam:
Id petam id perſequarq; corde & animo atq; viribus.
Ty. Facis ita vt te facere oportet. nunc aīum aduortas volo.
Omnium primum ſalutem dicito matri & patri.
Et cognatis: & quem alium beneuolentem videris.
Me hic valere & ſeruitutem ſeruire huic homini optumo:
Qui me honeſtiorem honore ſemper fecit & facit.
Ph. Iſtuc non pręcipiias. facile memoria memini. Tyn. tamen.
Nam quidē niſi quod cuſtodē habeo: liberū me eſſe arbitror.
Dicito patri quo pacto mihi cum hoc conuenerit
De huius filio. Ph. quę memini: mora mera eſt monerier:
Vt eum redimat: & remittat huc noſtrum amborū vicem.
Meminero. Eg. at quā primū poteris: iſtuc in rē vtriqueſt maxīe.
Ph. Non tutū tu magis videre: quā ille ſuū gnatum cupit.
Eg. Meus mihi: ſuꝰ cuiq; eſt carꝰ. Ph. nūqd aliud vis pr̄i nūciari?
Ty. Me hic valere: & tu te audacter dicito tyndare inter nos fuiſſe
Ingenio haud diſcordabili. neq; te cōmeruiſſe culpā:
Neq; me aduorſatū tibi beneq; hero geſſiſſe morem.
In tantis ærumnis tamen neq; me vnquam deſeruiſſe te
Neq; factis: neq; fide: rebus in dubiis egenis. hoc pater qñ ſciet
Tyndare: vt fueris animatus erga ſuum gnatum atq; ſe:
Nunquam erit tam auarus: quin te gratus emittat manu.
Et mea opera ſi hinc redibo: faciam vt faciat facilus.
Nam tua opera & comitate & virture & ſapientia
Feciſti: vt redire liceat ad parentis denuo:
Quum apud hunc confeſſus es & genus & diuitias meas.
Quo pacto feciſti e vinculis tuum herum tua ſapientia.
Ph. Feci ego iſta vt cōmemoras: & te meminiſſe id gratū eſt mihi:
Merito tibi ee euenerunt a me. nam nunc philocrates
Si ego item memorē quę me erga multa feciſti bene:
Nox diem adimas. nam ſi ſeruus meus eſſes: nihilo ſecius
Mihi obſequioſus ſemper fuiſti. Eg. di veſtrā fidē hoīum ingeniū
Liberale. vt lachrymas excutiunt mihi. videas corde
Amare interſe. quantis laudibus ſuū herū ſeruus
Collaudauit? Ph. pol iſtic me haud centeſimā partē
Laudat: quā ipſe meritus eſt: vt laudetur laudibus.
Eg. Ergo quū optume feciſti: nunc adeſt occaſio

Benefacta cumulare:vt erga hunc rem geras fideliter.
Ph. Magis nō factum poſſum velle:quā opa ;experiar perſequi.
Id vt ſcias iouem ſupremum teſtem do egio
Me infidelem non futurū philocrati.Eg.probus es homo.
Ph. Nec me ſecus vnquā ei facturū quicquā:quā memet mihi.
Tyn. Iſtęc dicta te experiri & opera & factis volo.
Et quod minus dixi quā volui de te:animū aduortas volo.
Atq; horum verborū cauſa caueto mihi iratus ſuas.
Sed te queſo cogitato hinc te mea fide mitti domum
Te æſtimatū:& meā eſſe vitam hic pro te poſitam pignori.
Ne tu me ignores:quū extēplo meo e conſpectu abſceſſeris:
Quum me ſeruom in ſeruitute pro te hic reliqueris.
Tuq; te pro libero eſſe pignus deſideras:
Atq; des operam pro me:vt huius reducem facias filiū.
Scito te minis viginti æſtumatū mittier.
Fac fideli ſis fidelis.caue fidem fluxam geras.
Nam pater ſcio faciet quę illū facere oportet omnia.
Serua tibi imperpetuū amicū:atq; hunc inuentū inueni.
Hęc per dexteram tuam te dextera retinens manu
Obſecro:infidelior mihi ne ſuas:quam ego ſum tibi.
Tu hoc age:mihi herus nunc es:tu patronus:tu pater.
Tibi cōmendo ſpes opeſq; eas.Phi.mandauiſti ſatis.
Satin habeas mandata quę ſunt: facta ſi refero? T.ſatis
Phi. Et tua huc ornatus reueniam ex ſententia:
Nunquid aliud? T.vt quā primū poſſis:redeas.Ph.res monet.
Eg. Sequere me:viaticum vt dem a trepezita tibi.
Eadē opa a prętote ſumas ſyngraphū.T.quem ſyngraphū?
Eg.Quē hic ferat ſecū ad legionē hinc ire huic vt liceat domū.
Tu intro abi.T.bñ ambulato.Ph.bene vale.Eg.ædepol rē meā
Conſtabiliui:quum illos emi de pręda a quęſtoribus.
Expediui ex ſeruitute filium ſi dis placet.
Ac etiam dubitaui hos homines emerē an non emerē diu.
Seruate iſtum ſultis intus ſerui:ne quoquam pedem
Efferat ſine cuſtode:ego apparebo domi.
Ad fratrem modo captiuos alios inuiſo meos
Eadem percontabor ecquis adoleſcentem nouerit?
Sequere te vt amittam rei primum pręuorti volo.

Paraſitus.

MIſer homo eſt q ipſe ſibi quod edat q̄rit: & id ægre inuenit.
Sed ille eſt miſerior: qui & ægre querit: & nihil inuenit.
Ille miſerrimus eſt qui quum eſſe cupit: quod edat: non habet.
Nam hercle huic diei ſi liceat oculos effodiam libens:
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.
Neq; ieiunioſiorem neq; magis effertum fame
Vidi: ne cui min⁹ procedat quidqd facere occœperit.
Itaq; venter gutturq; reſident. eſuriales ferias
Licet paraſiticæ arti maximam malam crucē.
Ita iuuentus iam ridiculos inopeſq; ab ſeſe ſegregat.
Nihil morantur iam lacones imi ſubſellii viros
Plagipatidas: quibus ſunt verba ſine penu & pecunia.
Eos requirūt qui libēter quod ederint: reddant domi.
Ipſi obſonant quę paraſitorum ante erat prouincia.
Ipſi de foro tam aperto capite ad lenones eunt:
Quam in tribu aperto capite ſontes cōdemnāt reos:
Neq; ridiculos iam terunci faciunt. ſeſe omnes amāt.
Nam vt dudū hinc abii: acceſſi ad adoleſcētes in foro.
Saluete inq̄. quo im⁹ vna inq̄ ad prādiū. atq; illi tacēt.
Quis ait hoc? aut qs profitetur inquā? quaſi muti ſilēt:
Neq; me rident. vbi cœnamus inquā? atq; illi abnuūt.
Dico vnum ridiculum dictum de dictis melioribus:
Quibus ſolebam mēſtruales epulas ante adipiſcier.
Nemo ridet. ſciui extemplo rem de compacto geri.
Ne canem quidem irritatā voluit quiſquā imitarier.
Saltem ſi non arriderent: dentes vt reſtringerent.
Abeo ab illis: poſtquam video me ſic ludificarier.
Pergo ad alios. venio ad alios. deinde ad alios. vna res
Omnes compacto rē agunt: quaſi in velabro olearii.
Nunc redeo inde: quum me ibi video ludificarier.
Item alii paraſiti fruſtra obambulabant in foro.
Nunc barbarica lege certumſt ius meū omne perſeq:
Qui conciliū iniere: quo nos victu & vita prohibeāt.
His diē dicam. irrogabo mulctam: vt mihi cœnas decē
Meo arbitratu dent: quum cara annona ſiet. ſic egero.
Nūc ibo ad portū hic. eſt illic mihi vna ſpes cœnatica.
Si ea decollabit: redibo huc ad ſenē ad cœnā aſperam.

Egio.

QVid ē ſuauiꝰ q̄ꝫ bñ rē gerere bono publico: ſicut ego feci heri
Quum emi hoſce homines? vbi quiſquā vident: eunt obuiā:
Gratulanturq́ꝫ eam rem. ita me miſerum reſtitando
Retinendoq́ꝫ laſſum reddiderunt.
Vix ex gratulando miſeriam eminebam.
Tandem abii ad prętorem. ibi vix requieui.
Rogo ſyngraphum. datur mihi illico de tyndaro. ille abiit domū.
Inde illico præuortor domum. poſtquam id actum eſt:
Eo protinus ad fratrem. inde abii mei vbi ſunt alii captiui.
Rogo. philocratem ex aulide ecquis omnium
Nouerit. hic exclamat eum ſibi eſſe ſodalem.
Dico eum eſſe apud me. hic extemplo orat: obſecratq́ꝫ
Eū ſibi vt liceat viderī. iuſſi illico hunc exolui. nūc tu ſequere me:
Vt quod me orauiſti impetres: eū hominem vt conuenias.

Tyndarus.

NVnc illud eſt: quum me fuiſſe quam eſſe nemo mauelim.
Nunc ſpes opes auxiliaq́ꝫ a me ſe ſegregant: ſpernuntq́ꝫ me.
Hic ille eſt dies: quum nulla vitę meę ſalus ſperabilis eſt mecum.
Neq́ꝫ auxilium exitio eſt. neq́ꝫ adeo ſpes quę mihi hunc aſpellat.
Nec mendaciis ſubdolis mihi vſquam mantellum eſt meis.
Nec ſycophantiis nec fucis vllum mantellum obuiam eſt.
Neq́ꝫ precatio perfidiis meis. nec malefactis fuga eſt.
Nec confidentię vſquam hoſpitium eſt: nec diuerticulum dolis.
Operta quę fuere aperta ſunt. patent pręſtigię.
Omnis res palam eſt. neq́ꝫ de hac re negocium eſt
Quin male occidam: oppetamq́ꝫ peſtem. heri vicem meamq́ꝫ
Perdiditq́ꝫ me ariſtophontes hic: qui venit modo intro.
Is me nouit. is ſodalis philocrati & cognatus eſt.
Neq́ꝫ iam ſalus ſeruare ſi volt me poteſt: nec copia eſt:
Niſi ſi aliquam corde machinor aſtutiam.
Quam malum? quid machiner? quid comminiſcar? maximas
Nugas ineptias incœpiſſe hæreo.

Egio. Tyndarus. Ariſtophontes. Colaphus.

QVo illum nunc hominē proripuiſſe foras ſe dicā ex ædibus?
Tyn. Nunc enimuero occidi. eunt ad te hoſtes tyndare.
Quid loquar? quid fabulabor? qd negabo? aut quid fatebor? mihi
Res omnis in incerto ſita eſt. quid rebus confidam meis?
Vtinam te di prius perderent: quam periſti e patria tua

Ariſtophontes: qui ex parata re imparatam rem omnē facis.
Occiſa eſt hęc res: niſi reperio atrocem mihi aliquā aſtutiam.
Eg. Sequere. hem tibi hominē. adi atq; adloquere.
Tyn. Quis es homo me hominum miſerior?
Ari. Quid iſtuc eſt quod meos te dicā fugitare oculos tyndare:
Proq; ignoto me aſpernari? quaſi me nunquā noueris?
Equidem tam ſum ſeruus quā tu. & ſi ego domi liber fui
Tu vſq; a puero ſeruitutem ſeruiuiſti in aulide.
Eg. Aedepol minime miror: is ſi te fugitat aut oculos tuos:
Aut ſi te odit: qui iſtum appelles tyndarum pro philocrate.
Tyn. Egio hic homo rabioſus habitus eſt in aulide.
Ne tu quod iſtic fabuletur: auris immittas tuas.
Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem & patrem.
Et illic iſti qui ſputatur morbus: interdum venit.
Proin tu ab iſtoc ꝓcul recedas. Eg. vltro iſtū a me. Ar. aī verbero
Me rabioſum atq; inſectatum eſſe haſtis meū memoras patrē?
Et eum morbū mihi eſſe: vt qui me opus ſit inſputarier?
Eg. Ne verere. multos iſtic morbus homines macerat:
Quibus inſputari ſaluti fuit: atq; iis profuit.
Ar. qd tu etiam huic credis? E. qd ego credā huic? Ar. īſanū eē me.
Tyn. Viden tu hūc ꝙ inimico voltu intuetur? concedi optumūſt.
Egio. ſic quod tibi ego dixi: gliſcit rabies. caue tibi.
Eg. Credidi eſſe inſanū: extemplo vbi te appellauit tyndarū.
Tyn. Quia ſuū ipſe interdū ignorat nomen: neq; ſcit qui ſiet.
Eg. At etiā te ſuū ſodalē eſſe aiebat. Tyn. audin. di magni
Et quidē alcinous atq; oreſtes & lycurgus poſtea
Vna opera mihi ſunt ſodales qua iſte. Ar. at etiam furcifer
Male loq̄ mihi audes? nō ego te noui? Eg. pol phanō id quidē eſt
Non nouiſſe: qui iſtum appellas tyndarum pro philocrate.
Quem vides eum ignoras. illum nominas quē non vides.
Ar. Immo iſte eū ſeſe ait qui non eſt eſſe: & qui vero eſt negat.
Tyn. Tu enī repertus philocratem qui ſuperes veriuerbio.
Ar. Pol ego vt rem video tu inuentus vera vanitudine
Qui conuincas. ſed queſo hercle agedum aſpice ad me.
Tyn. Hem. Ar. dic modo te negas tyndarum eſſe?
Tyn. Nego inquam. Ar. tu te philocratē eſſe ais?
Tyn. Ego inquam. Ar. tu ne huic credis?
Eg. Tibi plus quidē quam aut mihi.

Nam ille quidē quem tu memoras eſſe:hodie hinc abiit aulidē
Ad patrē huius. Ar.quem patrē qui ſeruus eſt? Tyn. & tu quidē
Seruus & liber fuiſti: & ego me confido fore
Si huius huc reconciliaſſo in libertatem filium.
Ar. Quid ais furcifer? tun te gnatum memoras liberum?
Tyn. Nō equidē me liberū.ſed philocratē eſſe aio. Ar. quid eſt
Vt ſceleſtus egio nunc iſte ludos facit.
Nam is eſt ſeruus ipſe:nec pręter eum quiſquā ei ſeruus fui.
Tyn. Quia tute ipſe eges in patria: nec tibi qui viuas domiſt:
Omnis inuenire ſimiles tibi vis:non mirum facis.
Eſt miſerorum vt malevolentes ſint: atq; inuideant bonis.
Ar. Videſis egio:ne quid tu huic temere inſiſtas credere.
Atq; vt perſpicio profecto iam aliquid pugnę edidit.
Filium tuum quod redimere ſe ait: id ne inquam mihi placet.
Tyn. Scio te id nolle fieri: efficiam tamen ego id ſi dii adiuuant:
Illum reſtituam huic: hic autem in aulidem me meo patri
Propterea ad patrem hinc amiſi tyndarum. Ar. quin tute is es:
Neq; pręter te in aulide vllus ſeruus iſtoc nomineſt.
Tyn. Pergin ſeruō me exprobare eſſe: id quod vi hoſtili obtigit?
Ar. Enimūero iā nequeo cōtineri. Tyn. heus tu quid agis? qn fugis?
Iam illic hic nos inſectabit lapidibus: niſi illum iubes
Comprehendi. Ar. crucior. Tyn. ardent oculi. fune opus egio.
Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis?
Atrabilis agitat hominem. Ar. at pol te ſi hic ſapiat ſenex:
Atra pix agitet apud carnificem:tuoq; capiti illuceat.
Tyn. Iam deliramenta loquitur. laruæ ſtimulant virum.
Eg. Hercle quid ſi hunc cōprehēdi iuſſerim? Tyn. ſapias magis.
Ar. Crucior lapidem non habere me: vt illi maſtigię
Cerebrum excutiam:qui me inſanum verbis concinnat ſuis.
Tyn. Audin lapidem queritare? Ar. ſolus te ſolum volo
Egio. Eg. iſtinc loquere ſi quid vis:procul tamen audiam.
Tyn. Namq; ædepol ſi adbitis propius:os denaſabit tibi
Mordicus. Ar. neq; pol me inſanum egio eſſe creduis:
Neq; fuiſſe vnquam: neq; eſſe morbum quem iſtic autumat.
Verum ſi quid metuis a me:iube me vinciri volo:
Dum iſtuc iti dem vinciatur. Tyn. immo enimuero egio:
Iſtic qui volt vinciatur. Ar. tace modo. ego philocrates
Falſe faciam vt verus hodie reperiare tyndarus. longius

Quid mihi abnutas? Tyn.tibi ego abnuto?quid agat ſi abſis?
Eg. Quid ais?qd ſi adeā hūc inſanū? Tyn.nugas ludificabit.
Garriet:quod neq; pes vnquā neq; caput compareat.
Armenta abſunt.aiacē hunc quū vides:ipſum vides.
Eg. Nihil facio.tamen adibo.Tyn.nunc ego omnino occidi.
Nunc ergo inter ſacrū ſaxumq; ſto:nec quid faciam ſcio.
Eg. Do tibi operam ariſtophontes:ſi quid eſt quod me velis.
Ar. Ex me audibis vera:quę nunc falſa opinare egio.
Sed hoc primū expurgare tibi volo:me inſaniā
Neq; tenere:neq; mi eſſe vllū morbū:niſi quod ſeruio.
At ita me rex deorū atq; hominū faxint patrię compotē:
Vt iſtic philocrates nō magis ē q̄ aut ego aut tu. Eg.eho dic mihi
Quis illic igitur eſt? Ar.quē dudū dixi a principio tibi.
Hoc ſi ſecus reperies:nullā cauſam dico quin mihi
Et parentū & libertatis apud te deliquio ſiet.
Eg.Quid tu ais?Tyn.me tuū eſſe ſeruū:& te meū he℞. (gas ait.
Eg.Haud iſtuc rogo.fuiſtin liber? Ty.fui.Ar.n.vero nō fuit:nu
Tyn. Qui tu ſcis?anfortaſſe fuiſti meæ mr̄i obſtetrix:quid tā
Audacter dicere audes? Ar.puerū te vidi puer.
Tyn. At ego te video maior maiorē.hem rurſum tibi meā rē
Non cures ſi recte facias.num ego curo tua? Eg.fuit ne huic
Pater theſauro chryſonico chryſides? Ar.non fuit.
Neq; ego iſtuc nomen vnquā audiui ante hunc diē.
Philocrati theodoromedes fuit pater.Tyn.pereo probe.
Quin quieſcies dierectum cor meū:ac ſuſpende te.
Tu ſuſſultas:ego miſer vix aſto formidine.
Eg. Satin iſtuc mihi exquiſitū eſt fuiſſe hunc ſeruū inaulide.
Neq; eſſe hūc philocratē? Ar:tā ſatis:q̄ vnquā hoc inuenies ſec9.
Sed vbi is nunc eſt? Eg.vbi ego minime atq; ipſus ſe volt maxīe
Tum igitur ego ærumnatus.deartuatus ſum miſer
Huius ſceleſti technis:qui me vt lubitum eſt ductauit dolis:
Sed videſis.Ar.quin exploratū dico & prouiſum hoc tibi.
Eg. Cetron. Ar. quin vnquā inuenies magis hoc certo certius.
Philocrates iam inde vſq; amicus fuit mihi a puero puer.
Eg. Sed qua facie eſt tuus ſodalis philocrates? Ar.dicam tibi.
Macilento ore.naſo acuto.corpore albo & oculis nigris.
Subrufus aliquantum.criſpus.cincinatus.Eg.conuenit.
Tyn. Vt quidē hercle in mediū ego hodie peſſume proceſſerim.

Væ illis virgis miſeris: quæ hodie in tergo morientur meo.
Eg. Verba mihi data eſſe video. Tyn quid ceſſatis compedes
Currere ad me: meaqꝫ amplecti crura: vt vos cuſtodiam?
Eg. Satin me illi hodie ſceleſti captiui cœperunt dolo.
Illic ſeruum ſe aſſimulabat: hic ſeſe autem liberum.
Nucleum amiſi: reliquit pignori putamina.
Ita mihi ſtolido ſurſum verſus os ſubliuere officiis.
Hic quidē me nunquā irridebit. colaphe. cordalio. corax
Ite iſtinc: atqꝫ efferte lora. Co. num lignatum mittimur?

Egio. Lorarius. Tyndarus. Ariſt.

INiicite huic manicas maſtigię.
Tyn Quid hoc eſt negocii? quid ego deliqui? Eg. rogas?
Sartor. ſatorqꝫ ſcelerum. & meſſor maxume?
Tyn. Occatorem dicere debebas prius.
Nam ſemper occant prius: quam ſarriunt ruſtici.
Eg. At vt confidenter mihi contra aſtitit.
Tyn. Decet innocentem ſeruom: atqꝫ innoxium
Confidentem eſſe ſuum apud herum potiſſimum.
Eg. Aſtringite iſti ſultis vehementer manus.
Tyn. Tuus ſuum. tu has quidem vel præcidi iube.
Sed quid negocii quamobrem ſuccenſes mihi?
Eg. Quia me meamqꝫ rem quod in te vno fuit:
Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis
Delacerauiſti: deartuaſtiqꝫ opes:
Confeciſti omnes res atqꝫ rationes meas.
Ita mihi emiſiſti philocratem fallaciis.
Illum eſſe ſeruom credidi te librum.
Ita voſmet aiebatis itaqꝫ nomina
Inter vos permutaſtis. Tyn. fateor omnia
Facta eſſe ita vt dicis: & fallaciis
Abiſſe eum abs te mea opera atqꝫ aſtutia.
An obſecro hercle te id nunc ſuccenſes mihi?
Eg. At cum cruciatu maximo id factum ſt tuo.
Tyn. Dū ne ob malefacta peream: parui æſtumo:
Si ego hic peribo. aſt ille vt dixit non redibit.
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile:
Meum herum captum ex ſeruitute atqꝫ hoſtibus
Reducem feciſſe liberum in patriam ad patrem.

Meūq; poti⁹ me caput periclo prōptauiſſe quā is periret ponerē.
Eg. Facito ergo vt acherūti ducas gl'iā. T. q ꝑ v̄tutē ꝑitat: nō īterit.
Eg. Qñ ego te exēplis peſſimis excruciauero: atq; ob ſutellas
Tuas te morti miſero: vel te interiiſſe vel periiſſe prędicent.
Dum pereas: nihil interdico: dicant viuere. Ty. pol ſi iſtuc faxis:
Haud ſine pœna feceris: ſi ille huc redibit: & ſicut confido affore.
Ari. Proh di īmortales nūc ego teneo. nūc ſcio quod ſit negocii.
Meus ſodalis philocrates in libertate eſt ad patrem in patria.
Bene eſt: nec quiſquam eſt mihi æq; melius cui velim.
Sed hoc mihi ægre eſt me huic dediſſe operam malam:
Qui nūc propter me meaq; verba vinctus eſt. Eg. vetuin te qcq̄;
Mihi hodie falſum ꝓloq? T. vetuiſti. Eg. cur es auſus mētiri mihi?
Tyn. Quia vera obeſſent illi cui operā dabā: nunc falſa proſunt.
Eg. At tibi oberunt. Tyn. optumū ſt. at herū ſeruaui: quē ſeruatū
Gaudeo: cui me cuſtodem addiderat herus maior meus.
Sed male ne id factū arbitrare? Eg. peſſume. Tyn. at ego aio recte:
Qui abs te ſeorſum ſentio. nam cogitato ſi quis hoc gnato tuo
Tuus ſeruus faxit: qualem haberes gratiam? emitteres ne
Necne eū ſeruū manu?ēct ne apud te is ſeru⁹ acceptiſſim⁹? rñde.
Eg. Opīor. T. cur ergo irat⁹ mihi es? E. qa illi fuiſti q̄ mihi fidelior.
T. qd tu vna nocte poſtulauiſti & die recēs captū hoīem & nupum
Et nouiciū te perdocere vt melius conſuleret tibi quam illi:
Quicum vna puero ætatem exegeram? Eg. ergo ab eo petito
Iſtam gratiam. ducite vbi ponderoſas craſſas capiat compedes.
Inde ibi porro in latomias lapidarias. ibi quum alii
Octonos lapides effodiūt. niſi cotidianos ſeſquiopus cōfeceris:
Sexcentoplago nomen indetur tibi.
Ar. Per deos atq; homines te ego obteſtor egio:
Ne tu iſtunc hominem perduis. Eg. curabitur:
Nā noctu neruo vict⁹ cuſtodibitur. īterdiu ſub terra lapides exīet.
Diu hūc ego cruciabo: nō vno abſoluā die. Ar. certū ne ē tibi iſtuc?
Eg. Nō moriri certius. abducite iſtū actutū ad hippolytū fabrū.
Iubete huic craſſas cōpedes impingier. inde extra portā ad meū
Libertum cordalium in lapidicinas facite deductus ſiet.
Atq; hunc ita me velle dicite curarier: ne quid deterius huic ſit:
Quā cui peſſime eſt. Tyn. ego te inuito me eſſe ſaluum poſtulē?
Periculum vitę meę tuo ſtat periculo poſt mortem. in morte
Nihil eſt ꝙ metuā mali. & peruiuo vſq; ad ſumam ætatē: tamē

Breue ſpacium eſt perferundi quę minitas mihi.
Vale atq; ſalue:& ſi aliter vt dicam meres.
Tu ariſtophontes de me vt meruiſti:ita vale.
Nam mihi propter te hoc obtigit. Eg abducite.
Tyn. At vnū hoc te queſo ſi huc rebitet philocrates:
Vt mihi eius facias conueniendi copiam.
Eg. Periſtis:niſi hunc iam e conſpectu abducitis.
Tyn. Vis hęc quidē hercle eſt & trahi & trudi ſimul.
Eg. Illic eſt abductus recta in phylacam:vt dignus ē.
Ego illis captiuis aliis documentum dabo:
Ne talem quiſquam facinus incipere audeat
Quod abſq; hoc eſſet:qui mihi hoc fecit palam:
Vſq; offerre natum ſuis me ductarent dolis.
Nunc certū eſt nulli poſt hęc quicquam credere:
Satis ſum ſemel deceptus.ſperaui miſer
Ex ſeruitute me exemiſſe filium:
Ea ſpes elapſa eſt.perdidi vnum filium
Puerum quadrimū:quē mihi ſeruus ſurripuit.
Neq; eum ſeruum vnquam repperi nec filium.
Maior potitus hoſtium eſt.quod hoc eſt ſcelus?
Quaſi in orbitatem liberos perduxerim.
Seqre hac.reducā te vbi fuiſti.neminis miſeri certū ē
Quia mei miſeret nemo.Tyn.exauſpicaui ex vīculis.
Nūc intellego redauſpicandū eſſe in catenas denuo.

Ergaſilus. Paraſitus.

IVpiter ſupreme ſeruas me:meaſq; auges opes:
Maximas optumitas opiparaſq; offers mihi.
Laudē.lucrum.ludū.iocum.feſtiuitatē.ferias.
Pompā.penum.potationes.ſaturitatē.gaudium.
Nec cuiquā homini ſupplicare nunc certū eſt mihi.
Nam vel prodeſſe amico poſſū:vel inimicū perdere.
Ita hic me dies amœnitate amœna amœnus onerauit me.
Sine ſacris hæreditatē ſum adeptus effertiſſimā.
Nunc ad ſenem curſum capeſſam hunc egionem:cui boni
Tantum offero:quantum ipſe a dis optat:atq; etiam amplius.
Nunc certa res eſt eodem pacto:vt comici ſerui ſolent:
Conciciam in collum pallium:primo ex me hanc rē vt audiat.
Speroq; me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum.

Egio. Egraſilus.

QVanto in pectore hanc rem meo magis voluto:
Tanto mihi ægritudo auctior eſt in animo:
Ad illũ modũ ſublitũ os eſſe hodie mihi: neq; id pſpicere quiui.
Quod quum ſcibitur: per vrbem irridebor.
Quum exẽplo ad forum aduenero: omnes loquentur.
Hic ille eſt ſenex ductus: quoi verba data ſunt.
Sed ergaſilus eſt ne hic: procul quem video?
Collecto quidem eſt pallio. quidnam acturuſt?
Er. Moue abs te moram: atq; ergaſile age hanc rem
Eminor: interminorq; ne quis mihi obſtiterit obuiam:
Niſi quis ſatis diu vixiſſe ſeſe homo arbitrabitur.
Nam qui obſtiterit: ore ſiſtet. Eg. homo pugillatum incipit.
Er. Facere certum eſt proinde: vt omnes itinera inſiſtant ſua.
Ne quis in hac platea negocii conferat quicquam ſui.
Nam meus eſt balliſta pugnus: cubitus catapultaſt.
Humerus aries. tum genu ut quenq; iecero ad terram dabo.
Dentilegos omnes mortales faciam: quenq; offendero.
Eg. Quę illæc minatio eſt? nam nequeo mirari ſatis.
Er. Faciam vt huius diei lociq; meiq; ſemper meminerit:
Qui mihi in curſu obſtiterit. faxo vitæ is exemplo obſtiterit ſuę.
Eg. Quid hic homo tantũ incipiſſit facere cum tantis minis?
Er. Prius edico ne quis propter culpam capiatur ſuam.
Continete vos domi. prohibete a vobis vim meam.
Eg. Mira ædepol ſunt ni hic in ventrem ſumpſit confidentiã.
Væ miſero illi cuius cibo iſte factuſt impenſior.
Er. Tum piſtores. ſcrophipaſci: qui alunt furfure ſues:
Quarum odore præterire nemo piſtrinum poteſt:
Eorum ſi quoiuſquam ſcropham in publico conſpexero:
Ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
Eg. Baſilicas edictiones atq; imperioſas habet.
Satur homoſt. habet profecto in ventre confidentiam.
Er. Tum piſcatores qui præbent populo piſces foetidos:
Qui aduehuntur quadrupedanti cruciãti cantherio:
Quorum odos ſub baſilica nos omnes abegit in forum:
Eis ego ora verberabo ſurpiculis piſcariis:
Vt ſciant alieno naſo quam exhibeant moleſtiam.
Tum lanii autem qui concinnant liberis orbas oues:

Qui locant cædundos agnos: & duplam agninam dãnunt:
Qui petroni nomen indunt verueci ſectario:
Eum ego ſi in via petronem publica conſpexero:
Et petronem & dominum reddam mortales miſerrimos.
Eg. Euge edictiones ædilicias hic quidem habet.
Mirumq; adeoſt: niſi hunc fecerunt ſibi ætoli agoranomũ.
Er. Non ego nunc paraſitus ſum: ſed regum rex regalior.
Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu cibus.
Sed ego ceſſo hunc egionẽ onerare lætitia ſenem:
Qui homine adęque nemo viuit fortunatior?
Eg. Quę illæc eſt lętitia: quã illic lętus largitur mihi?
Er. Heus vbi eſtis? ecquis hoc aperit oſtium?
Eg. Hic hõ ad cœnã recipit ſe ad me. Er. apite haſce ãbas fores:
Priuſquã pultando aſſulatim foribus exitium adfero.
Eg. Perlubet hũc hoĩem colloqui. ergaſile. Er. ergaſilũ q vocat?
Eg. Reſpice. Er. fortuna quod tibi ne faciet hoc me iubes?
Sed quid eſt? Er. reſpice ad me egio ſum. Er. o mihi quantũ eſt
Hominũ optumorũ optume in tempore aduenis.
Eg. Neſcio quẽ ad portũ nactus es vbi cœnes: eo faſtidis.
Er. Cedo manũ. Eg. manũ? Er. manũ inquã cedo tuam actutũ.
Eg. Tene. Er. gaude. E. qd ego gaudeã? Er. qa ego iꝑo: age gaude
Eg. Pol mœrores mihi ãnuortũt gaudiis. Er. noli iraſcier. (mõ.
Iam ego ex corpors exigam omnie maculas mœrorũ tibi.
Gaude audacter. Eg. gaudeo: & ſi nihil ſciam ꝙ gaudeam.
Er. Bene facis. iube. Eg. quid iubeam? Er. ignem ingentẽ fieri.
Eg. Ignẽ ingentẽ? Er. ita dico magnus vt ſit. Eg. quid volt vri:
Tuan cauſa me ædis incenſurum cenſes? Er. noli iraſcier.
Iuben an non iubes aſtitui aulas? patinas elui:
Laridum atq; epulas foueri foculis feruentibus:
Alium piſces præſtinatum abire? Eg. hic vigilans ſomniat.
Er. Alium porcinam atq; agninã & pullos gallinaceos.
Eg. Scis bene eſſe ſi ſit vnde. Er. pernã atq; ophthalmiã
Horęũ. ſcombrum. & trigonũ. & cetũ. & mollẽ caſeũ.
Eg. Nominandi iſtorũ tibi erit magis quã edundi copia
Hic apud me ergaſile. Er. mea me cauſa hoc cenſes dicere?
Eg. Nec nihil hodie nec multo plus tu hic edes: ne fruſtra ſis.
Proin tu tui cotidiani victi ventrẽ ad me afferas.
Er. Quin ita faciã; vt recupias facere ſumptũ: & ſi ego vetẽ.

Eg.Ego ne? Er.tu ne? Eg.tū tu mi igiṙ herus es? Er.imo bñ volē.
Vin te faciam fortunatum? Eg.malim quam miſerum quidē.
Er. Cedo manum.Eg.hē manum. Er.di te omnes adiuuant.
Eg.Nihil ſentio.Er.nō eñ es in ſenticeo: eo nō ſentis.ſed iube
Vala tibi pura apparari ad rem diuinam cito:
Atqꝫ agnū afferri proprium pinguē. Eg.cur? Er.vt ſacrufices.
Eg.Cui deorū? E.mihi hercle.nā ego nūc tibi ſū ſummꝰ iupiter.
Idem ego ſum ſalus.fortuna.lux.læticia.gaudium.
Proin tu deum hunc ſaturitate facias tranquillum tibi.
Eg. Eſurire mihi videre.Er.mihi equidē eſurio:non tibi.
Tuo arbitratu facile patior.Eg.credo conſuetus puer.
Iupiter te diqꝫ perdant.Er.te hercle mihi æquum eſt gratias
Agere ob nuncium:tantum ego nunc porto a portu tibi boni.
Nunc tu mihi places.Eg.abi ſtultus.ſero poſt tempus venis.
Er. Igitur olim ſi aduenisſem:magis tu tum iſtuc diceres.
Nunc hanc lętitiam accipe a me quam fero.nam filium
Tuum modo in portu philopolemū viuum.ſaluū.& ſoſpitē
Vidi in publica celoce.ibidēqꝫ illum adoleſcentulum
Alium vna & tuum ſtalagmum ſeruum:qui aufugit domo:
Qui tibi ſubripuit quadrimum puerum filiolum tuum.
Eg. Abi in malā rē.ludis me? Er.ita me amabit ſancta ſaturitas
Egio:itaqꝫ ſuo me ſemper condecoret cognomine:
Vt ego vidi.Eg.meū gnatū? Er.tuum gnatum & geniū meum:
Et captiuū illū aulidēſem.Eg.maton apollo? Er.& ſeruolum.
Eg. Meū ſtalagmū? meū qui gnatū ſubripuit? Er.næ tā corā?
Eg. Iādiu.Er.næ tan prępeſte? Eg.venit.Er.nę tan ſigniam?
Eg.Certo? Er.nę tā fruſinonē? Eg.videſis.Er.nę tā aleternam?
Eg. Quid tu barbaricas vrbes iuras? Er.quia.n.itē aſperæ
Sunt: vt tuum victum autumabas eſſe.Eg.væ ætati tuę.
Er. Quippe quando nihil credis:quod ego dico ſedulo.
Sed ſtalagmus quoius erat tunc nationis quum hinc abiit?
Eg. Cuius & nunc.Er.ſi cuius nunc eſt:boius boiam terit.
Liberorum quęrundorum cauſa ei credo vxor data eſt.
Eg. Dic bonan fide tu mihi iſtæc verba dixiſti? Er.bona.
Eg. Di imortales iterum gnatus videor:ſi vera autumas.
Er. An tu dubiū habebis etiā:ſancte quum ego iurē tibi?
Poſtremo egio ſi parua iuriiurandoſt fides:
Viſe ad pottum.Eg.facere certumſt:tu intus cura ꝙ opus eſt.

Sume.poſce.prome quiduis.te facio cellarium.
Nam hercle niſi manticinatus probe hero fuiſti:petito.
Aeternum tibi dapinabo victum:ſi vera autumas.
Er. Vnde id? Eg. a me meoq; gnato. Er. ſpõden tu iſtud. E. ſpõdeo
Er. At ego tuum tibi adueniſſe filium reſpondeo.
Eg. Cura quã optume potes. Er. bene ambula & redambula.

Ergaſilus.

Ilic hinc abit:mihi rem ſummam credidit cibariam.
Di immortales vt ego collos detrumcabo tergoribus?
Quanta pernis peſtis veniet? quanta labes larido?
Quanta ſumini abſumẽdo:quanta collo calamitas?
Quanta laniis laſſitudo? porcinariis?
Nam ſi alia memorẽ quę ad ventris victũ conducunt:moraſt.
Nunc ibo:vt pręfecturam & ius dicam larido.
Et quę pendent indemnatę: pernis auxiliũ vt feram.

Egionis puer.

O Ieſpiter te diq; ergaſile perdant & ventrẽ tuum:
Paraſitoſq; omnis:& qui poſthac cœnã paraſitis dabit.
Cladis calamitas:quę intẽperies modo in noſtrã aduenit domũ.
Quaſi lupus eſuriens metui ne in me faceret impetum.
Nimiſq; hercle ego illũ male formidabã: ita frendebat dentibus.
Aduenies deturbauit totum cum carne carnarium.
Arripuit gladium.pętruncauit tribus tergoribus glandia.
Aulas caliceſq; omnis confregit:niſi quę modiales erant.
Coquum percontabatur:poſſent ne ſerię referueſcere.
Cellas refregit omnis intus:recluſitq; armarium.
Ad ſeruate iſtuc ſultis ſerui.ego ibo vt conueniam ſenẽ:
Dicam vt ſibi penum aliud ornet:ſi quidẽ ſeſe vti volet.
Nam hic quidẽ vt adornat:aut iam nihil eſt:aut iam nihil erit.

Egio. Philocrates. Philopolemus.

Toui diiſq; ago gratias merito magnas:
Quum te reducẽ tuo patri reddiderunt.
Quumq; & miſeriis plurimis me exemerunt:
Quę adhuc te carens dum hic:ſuſtentabam.
Quumq; hunc conſpicio in poteſtate noſtra:
Quumq; hæc reperta eſt fides firma nobis.
Ph. ſatis iã dolui ex aĩo & cura:me ſatiſ & lachrymis maceraui hic.
Satis iã audiui tuas ærumnas ad portũ:mihi quas memorauiſti.

Hoc agamus.quid nunc? quoniam tecum ſeruaui fidem:
Tibiq; hunc reducem in libertatem feci? Eg.feciſti vt tibi
Philocrates, nunquam referre gratiam poſſim ſatis:
Proinde vt tu promeritus de me & filio.Ph.immo potes
Pater:& poteris & ego potero:& di eam poteſtatem dabunt:
Vt beneficium benemerenti noſtro merito munere
Sicut tu potes pater mi facere merito maxime.
Eg. Quid opus verbis? ligua nulla eſt qua negē quicquid roges.
Phi.Poſtulo abs te:vt mihi illū reddas ſeruom; quē hic reliquerā
Pignus pro me:qui mihi melior quam ſibi ſemper fuit.
Pro benefactis eius vti precium poſſim reddere.
Eg. Quod benefeciſti refertur gratia:id quod poſtulas:
Et id & aliud quod me orabis impetrabis:atq; te
Noli ſuccenſere: quod ego iratus ei feci male.
Phil. Quid feciſti? Eg.in lapicidinas compeditum condidi:
Vbi reſciui mihi data eſſe verba.Phil.væ miſero mihi
Propter meum caput labores homini eueniſſe optumo.
Eg. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.
Gratis a me vt ſit liber abducito.Ph.ædepol egio.
Facis benigne:ſed quęſo hominem vt iubeas arceſſi.Eg.licet.
Vbi eſtis vos? ite actutum tyndarum huc arceſſite.
Vos ite intro.interibi ego ex hac ſtatua veruecea volo
Erogitare meo minore quod ſi factum filio.
Vos lauate interibi.Ph.ſeq̄re hac philocrates me ītro.Ph.ſequor.

Senex egio. Stalagmus fugitiuus.

AGe tu illuc procede bone vir lepidum mancipium meū.
.St. Quid me oportet facere: vbi tu talis vir falſū autumas?
Fui ego bellus.lepidus.bonus vir.nunquam neq; frugi bonæ
Neq; ero vnquam neq; ſpem ponas me bonę frugi fore.
Eg. Propemodum vbi loci fortunę tuę ſint facile intellegis.
Si eris verax:tua ex re facies:ex mala meliuſculam.
Recte & vera loquere.ſed neq; vere neq; recte adhuc
Feciſti vnquam.St.quid ego fatear? credin pudeat quū autumes?
Eg. At ego faciam vt pudeat.nam in ruborem te totum dabo.
St. Eia credo ego imperito plagas minitaris mihi.
Tandem iſta aufer.dic quid fers:vt feras hinc quod petis.
Eg. Satis facundus.ſed iam fieri dictis compendium volo.
St. Vt vis fiat.Eg.bene morigerus fuit nunc:puer non decet.

Hoc agamus iam animū aduorte. hęc mihi quę dicam ediſſere.
Si eris verax: res tuas feceris meliuſculas.
St. Nugę iſtæc ſunt. non me cenſes ſcire qui dignus ſiem.
Eg. At ea potis es ſubterfugere pauca ſi non omnia.
St. Quia & fugi & tibi ſurripui filium & vendidi.
Eg. Cui homini. St. theodoro medico in aulide polypluſio.
Sex minis. Eg. proh di immortales is quidem huius eſt pater
Philocratis. St. quem melius noui quā te & vidi ſępius.
Pauca effugiā ſcio: nam multa euenient & merito meo
Eg. Serua iupiter ſupreme & me meum gnatum mihi.
Philocrates per tuum geniū obſecro exi. te volo.

Philocrates. Egio: Stalaginus.

Egio adſum. ſi quid me vis impera. Eg. hic & natum meū
Tuo patri ait ſe vendidiſſe ſex minis in aulide:
Quandiu id factum eſt? St. hic annus incipit vigeſimus.
Ph. Falſa memorat. St. aut ego aut tu. nam tibi quadrimulū
Tuus pater peculiarem paruulum puero dedit.
Ph. Quod erat ei nomen: ſi vera dicis memoradū mihi.
St. Pegmium vocitatus eſt: poſt vos indidiſtis tyndaro.
Ph. Cur ego te non noui? St. quia mos eſt obliuiſcier hoīibus.
Neq; nouiſſe cuius nihil ſit faciunda gratia.
Ph. Dic mihi is ne iſtic fuit: quem vendidiſti meo patri:
Qui mihi peculiaris datus eſt huius filius?
Eg. Viuit ne is homo? St. argentū accepi: nihil curaui cęterū.
Eg. Quid tu ais? Ph. quin iſtic tyndarus eſt tuus filius:
Vt quidem hic argumenta loquitur. nam is mecū a puero puer
Bene pudiceq; eſt educatus hucuſq; ad adoleſcentiam.
Eg. Et miſer ſum & fortunatas ſi vera dictitatis.
Eo miſer ſum quia male illi feci ſi gnatus meus eſt:
Heu cum ego plus minuſq; feci quam æquum fuit.
Quod male feci crucior modo: ſi infectum fieri poſſiet.
Sed eccum incedit huc ornatus audax ſuis viribus.

Tyndarus. Egio. Philocrates.

Vidi multa ego ſępe picta: quę acherunti fierent
Cruciamenta: verum. n. vero nulla adęq; eſt acheruns:
Atq; ego vbi fui in lapidicinis. illic ibi demum eſt locus
Vbi labore laſſitudo omnis eſt exigunda ex corpore.
Nam vbi illo adueni: quaſi patriciis pueris aut monedulę

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Aut anates aut coturnices dantur quis cum luſitent.
Itidē mihi huc aduenienti vpupa quę me delectet data eſt.
Sed herus eccum ante oſtium & herus alter eccum ex aulide
Redit. Eg. ſalue exoptate gnate mi. Tyn. hem quid gnate mi?
At at ſcio cur te patrem adſimules eſſe: & me filium.
Qui mihi item vt parentes lucis das tuendę copiam.
Ph. Salue tyndare. Tyn. & tu quoius cauſa hanc ærumnā exigo.
Ph. At nunc liber in diuitias faxo venies. nam tibi
Pater hic eſt: hic ſeruus qui te huic hinc quadrimū ſurripuit
Vendidit patri meo te ſex minis. is te mihi
Paruulum peculiarem paruulo puero dedit.
Illic indicium fecit. nam hunc ex aulide huc reducimus.
Tyn. Quid huius filium? Ph. intus eccum fratrē germanū tuū.
Tyn. Quid tu ais? adduxtin illum huius filium captiuum?
Ph. Quin inquā intus hic eſt. Tyn. feciſti ædepol & recte & bn̄.
Ph. Nūc pr̄ hic eſt hic fur eſt tuus: qui paruū hinc te abſtulit.
Tyn. At ego nūc grādis grādē natu ob furtū ad carnificē dabo.
Ph. Meritus eſt. Tyn. ergo ædepol meritā mercedē dabo.
Sed dic oro pater meus tu es? Eg. ego ſum gnate mi.
Tyn. Nunc demū in memoriam redeo: quum mecum cogito:
Nunc ædepol demum in memoriam regredior audiſſe me
Quaſi per nebulam egionē meum patrē vocarier.
Eg. Ego ſum. Tyn. compedibus queſo vt tibi ſit leuior filius:
Atq; hic grauior ſeruus. Eg. certum eſt principiū id preuortier.
Eamus intro: vt arceſſatur faber: vt iſtas compedes
Tibi adimā: huic dem. Tyn. cui peculii nihil eſt: recte feceris.

## Caterua.

SPectatores ad pudicos mores facta hæc fabula eſt.
Neq; in hac ſubitę cogitationes ſunt. neq; vlla amatio.
Nec pueri ſuppoſitio. nec argenti circunductio,
Neq; vbi amans adoleſcens ſcortum liberet clam ſuum patrē,
Huiuſmodi paucas poetæ reperiunt comœdias:
Vbi boni meliores fiant. nunc vos ſi vobis placet:
Et ſi placuimus: neq; odio fuimus ſignum hoc mittite.
Qui pudiciciæ eſſe pręmium voltis plauſum date.

## Plauti Poetæ Clariſſimi Curcu.lio Argumentum.

CVrculio miſſus phędromi it cariam:
Vt petat argentum.ibi eludit anulo
Riualem: ſcribit atq; obſignat litteras.
Cognoſcit ſignum lyco vbi vidit militis.
Vt amicā mittat precium lenoni dedit.
Lyconem miles ac lenonem in ius rapiit.
Ipſus ſororem quam peribat repperit:
Oratu cuius phędromo nuptū locat.

Palinurus ſeruus. Phędromus adoleſcēs.

QVo te hoc noctis dicā proficiſci foras
Cum iſtoc ornatu cūq; hac pōpa phędrome?
Ph. Quo venus cupido imperat: ſuadetq; amor.
Si media nox eſt: ſiue eſt prima veſpera:
Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies:
Tamen eſt eundum quo imperat ingratis.
At tandē tandē. Ph. tandem es odioſus mihi.
Iſtuc quidem nec bellum eſt nec memorabile.
Pa. Tute tibi puer es lautus: luces cereum.
Ph. Ego apicularum opera congeſtū non ferā:
Ex dulci oriundum melliculo dulci meo?
Pa. Nam quo te dicā ego ire? Ph. ſi tu me roges:
Dicā vt ſcias. Pa. ſi rogitem quid reſpondeas?
Ph. Hoc æſculpii fanū eſt. Pa. plus iam anno ſcio.
Ph. Huic proximū illud oſtium oculiſſimū.
Salue valuiſtin oſtium oculiſſimū?
Pa. Caruit ne febris te heri vel nudiuſtertius?
Et heri cœnauiſti ne? Ph. derides ne me?
Pa. Quid tu ergo inſane rogitas: valeat ne oſtiū?
Ph. Belliſſimū hercle vidi: & taciturniſſimū.
Nunquā vllum verbū mittit. quū aperitur: tacet.
Quū illa noctu clanculū ad me exit: tacet.
Pa. Nunquid tu quod te aut genere indignū ſit tuo
Facis: aut incœptas facinus facere phędrome?
Num tu pudicæ cupiā inſidias locas?
Aut quā pudicam eſſe oportet? Ph. nemini.
Nec me illi ſinat iupiter. Pa. ergo item volo

Ita tuum conferto amorem ſemper: ſi ſapis:
Ne id quod ames: populus ſi ſciat: tibi ſit probro.
Semper curato ne ſis inteſtabilis.
Quod amas ama teſtibus pręſentibus.
Ph. Quid iſtuc eſt? Pa. caute vt incedas via.
Ph. Quī leno hic hītat. Pa. nēo hīc ꝓhibet nec vetat:
Quin quod palam eſt venale: ſi argentum eſt: emas.
Nemo ire quemquam prohibet publica via:
Dum ne per fundum ſeptum facias ſemitam.
Dum te abſtineas nupta. vidua. virgine.
Iuuentute. & pueris liberis: ama quod lubet.
Ph. Lenonis hæ ſunt ædes. Pa. male iſtis eueniat.
Ph. Qui? Pa. quia ſceleſtam ſeruitutem ſeruiunt.
Ph. Obloquere. Pa. fiat maxime. Ph. etiam taces?
Pa. Nemple obloqui me iuſſeras. Ph. at nunc veto.
Pa. Inducias occœpi dicere. Ph. ei ancilla eſt.
Pa. Nēpe huic lenoni qui hic hītat? Ph. recte tenes
Pa. Nimis formido ne exedat. Ph. odioſus es.
Eam volt meretricem facere. ea me deperir.
Ego autem cum illa facere nolo mutuum.
Pa. Quid ita? Ph. qa propriū facio. amo piter ſimul.
Malus clandiſtinus eſt amor. damumſt merum.
Pa. Eſt hercle vt dicis ita. iam ne ea fert iugum?
Ph. Tam a me pudica eſt: quaſi ſoror mea ſit: niſi
Si eſt oſculando quippiam impudicicior.
Pa. Semper tu ſcito: flamma fumo eſt proxima.
Fumo comburi nihil poteſt. flamma poteſt.
Qui e nuce nucleum eſſe volt: frangit nucem.
Qui volt cubare: pangit ſaltem ſuauium.
Ph. At illa eſt pudica: neq; dum cubitat cum viris.
Pa. Credam: pudor ſi cuipiam lenoni ſiet.
Ph. Immo vt illam cenſeas: vt queq; illi occaſio eſt:
Subripere ſe ad me. vbi ſuauium oppegit: fugit.
Id eo ſit: quia hic leno ægrotus incubat
In æſculapi fano. is me excruciat. Pa. quid eſt?
Ph. Alias me poſcit pro illa triginta minas.
Alias talentum magnum. neq; quicquam queo
Aequi boniq; ab eo impetrare. Pa. iniurium eſt.

Ph. quid? Pa. quod lenoni nulli ſt: id ab eo petas.
Ph. Nunc hinc paraſitum in cariam miſi meum
Petitum argentum a meo ſodali mutuum.
Quod ſi non affert: quo me uortam neſcio.
Pa. Si deos ſalutas: dextrouorſum cenſeo.
Ph. Nunc ara veneris hęc eſt ante horum fores.
Me inferre veneri voui iam ientaculum.
Pa. Quid ante pones veneri a ientaculo?
Ph. Me. te. atq; hoſce oēs. Pa. tū tu venerē vomerī vis?
Ph. Cedo puere ſinū. Pa. quid facturus? Ph. iā ſcies.
Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix.
Nomen eſt lenę multibiba atq; merobiba.
Pa. Quaſi tu lagenā dicas: vbi vinū chiū ſolet eſſe.
Ph. Quid opus eſt verbis? vinoſiſſima eſt ea: q̄ extēplo vbi vino
Has conſperſi fores: de odore adaſſe me ſcit. aperit illico.
Pa. Ei ne hic cū vino ſinus fertur? Ph. niſi vis. Pa. nolo hercle.
Nam iſtunc qui fert afflictum velim: ego nobis afferri cenſui.
Ph. Quin tu taces? ſi quid ſuper illi fuerit: id nobis ſat eſt.
Pa. Quiſnam hic fluuius eſt: quem non recipiat mare?
Ph. Sequere hac palinure me ad fores: ſi mihi obſequeris.
Pa. Ita faciam. Ph. agite bibite feſtiuæ fores.
Potate: ſite mihi volentes propicię
Pa. Voltis ne oliuas: aut pulpamentū: aut caparim?
Ph. Exuſcitate voſtram huc cuſtodem mihi.
Pa. Profundis vinum: quę te res agitant? Ph. ſine.
Viden vt aperiuntur ædes feſtiuiſſimæ?
Non mutit cardo. eſt lepidus. Pa. quin das ſuauium?
Ph. Tace. occultemus lumen & vocem. Pa. licet.

Lena Anus. Phędromus. Palinurus.

FLos veteris vini meis naribus obiectus eſt.
Eius amos cupidā me huc prolicit per tenebras.
Vbi vbi eſt: ꝓpe me eſt. euax hēo. ſalue aīe mi liberi le
Vt veteris vetuſti cupida ſum. nā oīum vngentū (poſ
Odor prę tuo nautea eſt. mihi ſtacte. tu cinnamomū.
Tu roſa. tu crocum & caſia es. tu petalium.
Nam vbi tu profuſus: ibi ego me peruelim ſepultam.
Sed quum adhuc naſo odos obſecutus eſt meo:
Da viciſſim meo gutturi gaudium. nihil ago tecum.

Vbi eſt ipſus? ipſū expeto tāgere. īuergere īme liquores tuos
Sine ductim. ſed hac abiit. hac perſequar.
Ph. Sitit hęc anꝰ. Pa. quātulū ſitit? Ph. modica eſt. capit q̄drātal.
Pa. Pol vt prædicas: vendemia hęc huic anui non ſatis eſt ſoli.
Canē eſſe hanc quidem magis par fuit. ſagax naſum habet.
An. Amabo cuia vox ſonat ꝓcul? Ph. cēſeo hāc appellādā anū.
Adibo. redi & reſpice ad me huc lena. An. imꝑator qs es? Ph. vini
Lepidus liber: tibi qui ſcreanti ſiccæ ſemiſomnę (pollēs
Adfert potionem: & te ſedatum it.
An. Quam longe a me abeſt? Ph. lumen hoc vide.
Grandiorem gradum ergo fac ad me obſecro.
Salue. An. egon ſalua ſim: quę ſiti ſicca ſum? Ph. at iam bibes.
An. Diu fit. Ph. hem tibi anus lepida. An. ſalue oculiſſime hō.
Pa. Age effunde hoc cito in barathrum propere.
Prolue cloacam. Ph. tace nolo huic maledici.
Pa. Faciam igitur male potius.
An. Venus de paulo paululū hoc tibi dabo haud lubenter.
Nā tibi amantes propinantes vinū potantes dant.
Mihi haud ſæpe eueniunt tales hæreditates.
Pa. Hoc vide vt īgurgitat īpura īſe merū auariter faucibꝰ plenis.
Ph. ꝑii hercle. huic qd p̄mū dicā neſcio. Pa. hē iſtuc qđ mihi dixti.
Ph. Quid id ē. Pa. ꝑiſſe vt te dicas. Ph. male tibi di faciāt. Pa. dic iſti.
A. Ah. P. qd ē? ecqd lubet? A. lubet. P. ēt m̄ q̄q; ſtiulo fodere lubet
P. Tace noli. P. taceo. ecce āt bibit arcꝰ. pl'et credo hercl' hodie. (te
P. Iā ne ego huic dico? P. qd dices? P. me ꝑiſſe. P. age dice. P. anꝰ
Hoc volo ſcire te. ꝑditꝰ ſū miſ. A. at pol ego oppido ſuata. (audi.
Sed quid eſt quod lubet perditum dicere
Te eſſe? Ph. quia id quod amo careo.
A. Phędrome mi ne plora amabo.
Tu me curato ne ſitiam: ego tibi quod amas iā huc adducā.
Ph. Tibi næ ergo ſi fidē ſeruas mecum vineā pro aurea ſtatua
Statuam: quę tuo gutturi ſit monumentū.
Quis me in terra æque fortunatus erit: ſi illa ad me bitet
Palinure? Pa. ædepol qui amat ſi eget: miſera adficitur ærumna.
Ph. Non ita res eſt. nam confido paraſitū hodie aduenturum
Cū argēto ad me. Pa. magnū īcœptas: ſi id expectas ꝙ nuſquāſt.
Ph. qd ſi adeā fores: atq; occētē. Pa. ſi lubet neq; veto neq; iubeo:
Quando ego te video immutatis moribꝰ eſſe here atq; ingenio.

Ph. Peſſuli heus peſſuli vos ſaluto lubens.
Vos amo. vos volo. vos peto atq; obſecro:
Gerite amanti mihi morem amœniſſimi
Scte cauſa mea lydi barbari.
Suſſilite obſecro: & mittite iſtanc foras:
Quę mihi miſero amanti ebibit ſanguinem.
Hoc vide vt dormiunt peſſuli peſſumi?
Nec mea gratia commouent ſe ocyus.
Reſpicio nihil meam vos gratiam facere.
Sed tace tace. Pa. taceo hercle. qd ē? Ph. ſentio ſonitū.
Tandem ædepol mihi morigeri peſſuli fiunt.

Anus. Planeſium virgo. Phędromus. Palinurus.

PLacide egredere: & ſonitū ꝓhibe foriū & crepitū cardinū:
Ne quod hic agimus: herus percipiat fieri mea planeſium.
Mane ſuffundā aquulā. P. viden vt anus tremula medicinā facit?
Eapſe merum quū didicit bibere: foribus dat aquā quam bibāt.
Pl. Vbi tu es qui me conuadatus veneriis vadimoniis?
Vbi tu es qui me libello venerio citaſti? ecce me ſiſto: ades cōtra.
Siſto ego tibi me: & mihi contra itidem vt ſiſtas ſuadeo.
Ph. Adſum. nā ſi abſim: haud recuſem; qn mihi male ſit mel meū.
Pl. Anime mi procul amantem abeſſe haud conſentaneum eſt.
Ph. Palinure palinure. P. eloquere. quid eſt ꝙ palinurū voces?
Ph. Eſt lepida? P. nimis lepida. Ph. ſum deus. P. immo haud.
Ph. Quid vidiſti? aut quid videbis magis diis equiperabile?
Pa. Male valere te: ꝙ mihi ægre eſt. Ph. male mihi moriger⁹. tace.
Pa. Ipſus ſe excruciat qui hō ꝙ amat videt: nec potitur dū licet.
Ph. Recte obiurgat. ſane haud qcquam ſt magis qd' cupiā tādiu.
Pl. Tene me amplectare ergo. Ph. hoc eſt quāobrē cupiā viuere.
Quia te ꝓhibet her⁹: clā hero potior. Pl. ꝓhibet? nec ꝓhibire qt:
Nec prohibebit niſi mors meum animum ab te abalienauerit.
Pa. Enimuero nequeo durare: quin ego herum accuſem meū.
Nam bonum eſt pauxillum amare ſane: inſane non bonum eſt.
Verum totum inſanum amare hoc eſt: quod meus herus facit.
Pl. Sibi ſua habeant regna reges: ſibi diuitias diuites:
Sibi honores: ſibi virtutes: ſibi pugnas: ſibi prelia:
Dum mihi abſtineant inuidere. ſibi quiſque habeat ꝙ ſuum eſt.
Pa. Quid tu veneri peruigilare te vouiſti phędrome?
Nam hoc quidem ædepol haud multo poſt luce lucebit. Ph. tace.

Pa. Quid taceã? quin tu is dormitũ? Ph.dormio:ne occlamites.
Pa. Tu quidẽ vigilas.Ph.at meo more dormio. hic ſonus ẽ mihi.
Pa. Heus tu mulier mereri de immerente inſcitia eſt.
Pl. Iraſcere:ſi te edentẽ hic a cibo abigat.P.illicet
Pariter hos perire amando video.vterq; inſaniunt.
Viden vt miſere moliuntur:neq; queunt cõplecti ſatis.
Etiam diſpertimini.Pl.nulli eſt homini perpetuũ bonũ.
Iã huic voluptati hoc adinuentũ eſt odiũ.Pa. quid ais propudiũ?
Tun etiã cũ noctuinis oculis odiũ me vocas
Ebriola? perſolę nugę? Ph.tun meã venerẽ vituperas?
Quod quidẽ mihi pollutus virgis ſeruus ſermonẽ ſerat.
At ne tu hercle cũ cruciatu magno dixiſti id tuo.
Hem tibi maledictis pro iſtis dictis moderari vt queas.
Pa. Tuã fidẽ venus.noctu vigila.Ph.pergin etiã verbero?
Pl. Noli amabo verberare lapidẽ: ne perdas manũ.
Pa. Magnũ flagiciũ probrumq; phędrome expergefacis.
Bene monſtrantẽ pugnis cædis.hanc amas nugas meras.
Potin fieri vt immodeſtis his te moderere moribus?
Ph. Auro contra cedo modeſtũ amatorẽ:a me aurũ accipe.
Pa. Cedo mihi contra orichalco cui ego ſano ſeruiã.
Pl. Bene vale ocule mi:nã ſonitũ & crepitũ clauſtrorũ audio
Edituũ aperire fanũ. quouſq; quęſo ad hunc modũ
Inter nos amore vtimur ſemper ſurreptitio.
Ph. Minime:nã paraſitũ miſi nudiuſquartus cariã
Petere argentũ:is hodie hic aderit.Pl.nimiũ conſultas diu.
Ph. Ita me venus amet:vt ego te hoc triduũ nunquã ſinã
In domo eſſe iſtac:quin ego te liberalẽ liberẽ.
Pl. Facito vt memineris:tene etiã priuſquã hinc abeo ſauiũ.
Ph. Siquidẽ hercle mihi regnũ detur:nunquã id potius ꝑſequar.
Quando ego te videbo? Pl.hem iſtoc verbo vindictã para:
Si amas eme: ne cogites:facito vt precio peruincas tuo.
Bene vale.Ph.iã ne ego relinquor pulchre? palinure occidi:
Pa. Ego quidẽ qui & vapulãdo & ſomno pereo.Ph.ſequere me.

Cappadox leno. Et palinurus ſeruus.

MIgrare certumſt iã nunc e fano foras.
Quando æſculpi ita ſentio ſententiã
Vt qui me nihil faciat:nec ſaluom velit.
Valetudo decreſcit:adcreſcit labor.

Nā iā quaſi zona liene cinctus ambulo,
Geminos in ventre habere videor filios.
Nihil metuo niſi ne medius diſrumpar miſer.
Pa. Si recte facias phędrome: auſcultes mihi:
Atq; iſtā exturbes ex animo ægritudinē.
Paues: paraſitus quia non redit caria
Adferre argentū credo. nam ſi non ferat:
Tormento non retineri potuit ferreo:
Quin reciperet ſe huc eſum ad pręſepe ſuū.
Ca. Quis hic eſt qui loqtur? Pa. quoiā vocē audio?
Ca. Eſt ne hic palinurus phędromi? Pa. q hic eſt hō
Cū collatiuo ventre atq; oculis herbeis?
De forma noui: de colore non queo
Nouiſſe. iamiā noui. leno eſt cappadox.
Cōgrediar. Ca. ſalue palinure. Pa. o ſcelerū caput
Salueto. quid agis? Ca. viuo. Pa. nempe vt dignus es.
Sed quid tibi eſt. Ca. lien necat. renes dolent.
Pulmones diſtrahuntur. cruciatur iecur.
Radices cordis pereunt. cholades omnes dolent.
Pa. Tū te igitur morbus agitat hepatarius.
Ca. Facileſt miſerū irridere. Pa. quin tu aliquot dies
Perdura: dum inteſtina exputreſcunt tibi.
Non dum ſalſtura ſat bonaſt. ſi id feceris:
Venire poteris inteſtinis vilius.
Ca. Lien dirruptus. Pa. ambula. id lieni optumumſt.
Ca Aufer iſtęc queſo: atq; hoc reſpōde quod rogo.
Potin coniecturā facere: ſi narrē tibi
Hac nocte quod ego ſomniaui dormiens?
Pa. Vah ſolus hic homoſt: qui ſciat diuinitus.
Quin coniectores a me conſiliū petunt.
Quod eis reſpondi: ea omnes ſtant ſententia.

Coquus. Cappadox. Planurius. Phędromus.

PAlinure quid ſtas? quin depromuntur mihi:
Quę opus ſunt paraſito: vt ſit paratum prandiū
Quom veniat. Pa. maneſis dū huic coniicio ſomniū.
Tute ipſe ſiquid ſomniaſti ad me refers.
Ca. fateor. Co. abi deprōe. P. age tu īterea huic ſōniū
Narra. meliorē quā ego ſum ſuppone tibi.

Nam quod ſcio: omne ex hoc ſcio. Ca. operam vt det. Pa. dabit.
Ca. Facit hic quod pauci: vt ſit magiſtro obſequens.
Da mihi igitur operam. Co. tametſi non noui: dabo.
Ca. Hac nocte in ſomnis viſus ſum viderier
Procul ſedere longe a me æſculapium.
Neq; eum ad me adire: neq; me magnipendere.
Pa. Viſuſt? Co. item alios deos facturos ſcilicet.
Sane illi inter ſe congruunt concorditer.
Nihil eſt mirandum melius ſi nihil ſit tibi.
Namq; incubare te ſatius fuerat ioui:
Qui tibi auxilio in iureiurando fuit.
Ca. Siquidem incubare velint: qui periurauerunt:
Locus non præberi potis eſt in capitolio.
Co. Hoc animum aduorte: pacem ab æſculapio
Petas: ne forte tibi eueniat magnum malū:
Quod inquiete tibi portentumſt. Ca. benefacis.
Ibo atq; orabo. Co. quę res male vortat tibi.
Pro di immortales quem conſpicio? qui illic eſt?
Eſt ne hic paraſitus qui miſſus eſt in cariam?
Heus phędrome exi exi inquam ocyus.
Ph. Quid iſtic clamorem tollis? Co. paraſitum tuum
Vide ocurrentem: ellum vſq; in platea vltima.
Hinc auſcultemus quid agat. Ph. ſane cenſeo.

Curculio. Pędromus. Palinurus ſeruus.

DAte viam mihi noti atq; ignoti: dum ego hic officium meū
Facio. fugite omnes. abite: & de via ſecedite:
Nequē in curſu capite. aut cubito. aut pectore offendā. aut genu.
Ita nunc ſubito propere & celere obiectumſt mihi negociū.
Nec quiſquam ſit tam opulentus: qui mihi obſiſtat in via.
Nec ſtrategus. nec tyrannus quiſquam. nec agoranomus.
Nec demarchus. nec comarchus. nec cum tāta gloria
Quin cadat: quin capite ſiſtat in viam de ſemita.
Tum iſti græci palliati capite operto qui ambulant:
Qui incedunt ſuffarcinati cum libris cum ſportulis
Conſtant. conferunt ſermones inter ſe drapetæ.
Obſtant. obſiſtunt. incedunt cum ſuis ſententiis.
Quos ſemper videas bibētes eſſe in œnopolio.
Vbi quid ſubripuere: operto capitulo calidum bibūt.
Triſtes atq; ebrioli incedunt. eos ego ſi offendero:

Ex vno quoq; eorum eiiciam crepitum polentariũ.
Tum iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum in via:
Et datores & fartores omnis ſubdam ſub ſolũ.
Proinde domi contineant: vitent infortunia.
Ph. Recte hic monſtrat: ſi imperare poſſit. nã ita nũc mos viget.
Ita nunc ſeruitiumſt.profecto modus haberi non poteſt.
Cur. Ecquis eſt qui mihi cõmoſtret phędromũ geniũ meum?
Ita res ſubita eſt: celeriter mihi hoc hoĩe conuento eſt opus.
Pa. Te ille quęrit.Ph. quid ſi adeamus? heus curculio te volo.
Cur. Quis vocat? quis nominat me? Ph. qui te conuentũ cupit.
C. Haud magis cupis: quã ego te cupio.Ph.o mea opportũitas
Curculio exoptate ſalue. C.ſalue.Ph.ſaluum gaudeo
Te aduenire.cedo tuam mihi dextram.vbi ſunt ſpes meę?
Eloquere. obſecro hercle.C.eloquere te obſecro: vbi ſunt meæ?
Ph. Quid tibi eſt? C.tenebrę oboriũtur.genua media ſuccidũt.
Ph. Laſſitudine hercle credo.Cur.retine: retine me obſecro.
Ph. Viden vt expalluit? datin iſti ſellam vbi aſſidat cito:
Et aqualem cum aqua? properatin ocyus? Cur.anĩo male eſt.
Ph. Vin aquã? Cur.ſi fruſtulẽta eſt: da obſecro·hercle obſorbeã.
Ph. Væ capiti tuo.C.obſecro hercle facite ventũ vt gaudeam.
Ph. Maxĩe.C.quid facitis q̃ſo? Pa.ventũ.C·nolo equidẽ mihi
Fieri ventulũ.Ph.qd igitur vis? Cur.eſſe vt ventum gaudeam.
Ph. Iupiter te diq; perdant.Cur. perii.proſpicio parum.
Os amarum habeo.dentes plenos.lippiunt fauces fame: ita cibi
Vacuitate venio laſſis lactibus.Ph.iam edes aliquid.
Cur. Nolo hercle aliquid: certum quam aliquid mauolo.
Ph. Immo ſi ſcias reliquię quę ſint? Cur.ſcire nimis lubet
Vbi ſient: nam illis conuentis ſane opus eſt meis dentibus.
Ph. Pernam.abdomen.ſuis glãdium.Cur. ain tu omnia hęc?
In carnario fortaſſe dicis.Ph.immo in lancibus quę tibi ſunt
Parata: poſtquam ſcimus venturum.Cur.vide ne me.
Ph. Ita me amabit quam ego amo vt haud mentior.
Sed quo te miſi: nihilo ſum certior.Cur.nihil attuli.
Ph. Perdidiſti me.Cur.inuenire poſſim: ſi mihi operam duis:
Poſtquam tuo iuſſu profectus ſum: perueni in cariam.
Video tuum ſodalem. argenti rogo vti copiam faciat.
Scires velle.gratiam tuam noluit fruſtrarier.
Vt decet velle hominem amicum amico atq; opitularier.

Reſpondit mihi paucis verbis atq; adeo fideliter.
Quod tibi eſt: item ſibi eſſe magnam argenti inopiam.
Ph. Perdis me tuis dictis. Cur. immo ſeruo: & ſeruatum volo.
Poſtquam mihi reſponſum eſt: abeo ab illo mœſtus ad forum
Me illo fruſtra adueniſſe. forte aſpicio militem.
Aggredior hominem. ſaluto adueniens. ſalue inquit mihi.
Prehendit dexteram. ſeducit. rogat quid veniam cariam.
Dico me illo adueniſſe animi cauſa. ibi me interrogat:
Ecquem in epidauro lyconem trapezitam nouerim?
Dico me nouiſſe. quid lenonē cappadocem? annuo
Viſitaſſe. ſed quid eum vis? quia de illo emi virginem
Triginta minis. veſtē. aurū. & pro his decem coaccedunt minę.
Dediſti tu argentum inquam? immo apud trapizitā ſitū eſt
Illum quē dixi lyconē: atq; ei mandaui qui anulo meo
Tabellas obſignatas obtuliſſet: vt daret operā
Vt mulierē a lenone cum auro & veſte abduceret.
Poſtquā hoc mihi narrauit: abeo ab illo. reuocat me illico.
Vocat me ad cœnam. religio fuit. denegare nolui.
Quid ſi adeamus: ac decumbamus inquit. conſilium placet.
Neq; diem decet me morari: neq; nocti nocerier.
Omnis parataſt: & nos quibus paratū eſt aſſumus.
Poſtquā cœnati atq; appoti: talos poſcit ſibi in manū.
Prouocat me in aleam: vt ego ludam. pono palliū.
Ille ſuum anulum oppoſuit. inuocat planeſiū.
Ph. Meos ne amores? Cur. tace parūper. iacit voltorios q̄ttuor:
Talos arripio. inuoco calmā meā nutricē herculem.
Iacto baſilicum. propino magnū poculū. ille ebibit.
Caput deponit. quū dormiſcit: ego ei ſubduco anulū.
Deduco pedes de lecto clam: ne miles ſentiat.
Rogant me ſerui quo eā. me dico ire quo ſaturi ſolent.
Oſtiū vbi conſpexi: exinde me illico protinā dedi.
Ph. Laudo. Cur. laudato: quando id quod cupis effecero.
Eamus nunc intro vt tabellas conſignemus. Ph. non moror.
Cur. Atq; aliquid prius obtrudamus pernā. ſumē. glandiū.
Hęc ſunt ventri ſtabilimenta: panis & aſſa bubula.
Poculum grande. aula magna: vt ſatis conſilia ſuppetant.
Tu tabulas conſignato. hic miniſtrabit. ego edam.
Dicam, quemadmodū cōſcribas. ſeq̄re me hac intro. Ph. ſequor.

Lyco. Curculio. Leno.

BEatus videor.ſubduxi ratiunculam
Quantũ æris mihi ſit:quantũq; alieni ſiet.
Diues ſum:ſi non reddo eis quibus debeo.
Si reddo illis quibus debeo:plus alieni eſt.
Verum hercle vero compellere cogito.
Si magis me inſtabunt:ad prętorem ſufferam.
Habent hunc morem plęriq; argentarii.
Vt alius alienũ poſcant:reddant nemini.
Pugnis rem ſoluant:ſi quis poſcat durius.
Qui homo mature quęſiuit pecuniã.
Niſi eam mature parſit:mature eſurit.
Cupio aliquẽ emere puerum:qui vſurarius
Nunc mihi quęratur.vſus eſt etiã pecunia.
Cur. Nil tu me ſaturũ monueris.memini & ſcio.
Ego hoc effectũ lepide tibi tradã.tace.
Aedepol nę ego hic me intus expleui probe.
Et quidẽ reliqui in ventre cellę vni locũ:
Vbi reliquiarũ reliquias reconderẽ.
Quis hic eſt qui operto capite æſculapiũ ſalutat?
At at quẽ quęrebã.ſequere me:ſimulabo quaſi non nouerim.
Heus tu te volo.Ly.vne ocule ſalue.Cur.quęſo derides ne me?
Ly. De coclitũ proſapia te eſſe arbitror.nã hi ſunt vnoculi.
Cur. Catapulta hoc ictũ eſt mihi apud ſicyonẽ.Ly.nam quid
Id refert mea? an aula quaſſa cũ cinere effoſus ſiet?
Cur. Superſtitioſus hic q̃dẽ eſt.vera prędicat.nã illęc catapultę
Ad me crebro cõmeant.adoleſcens ob rempublicã
Hoc intus mihi quod inſigne habeo:quęſo ne me in comities.
Ly. Licet ne inforare:ſi incomitiare nõ licet? Cur. nõ inforabis
Me quidẽ.non mihi placent tuũ profecto nec forũ nec comitiũ.
Sed hunc quęro.cõmoſtare ſi potes:inibis a me ſolidam
Et grandẽ gratiã.lyconẽ quęro trapezitam.Ly.dic mihi.
Quid eũ nunc quęris? aut cuiatis? Cur.eloquar. ab thera
Pontigono platagidoro milite.Ly.noui ædepol nomen.
Nã mihi iſtoc nomine dũ ſcribo expleui totas ceras quattuor.
Sed quid lyconẽ quęris.Cur.mandatumſt mihi
Vt has tabellas ad eum feram.Ly.quis tu homo es?
Cur. Libertus illius: quẽ omnis ſummanũ vocant.

Ly. Summane ſalue.qui ſummanus fac ſciã.
Cur. Quia veſtimenta vbi obdormiuit ebrius:
Sũmano:ob eam rem me oẽs ſummanũ vocant.
Ly. Alibi te meliuſt querere vel hoſpitium tibi.
Apud me profecto nihil eſt ſummano loci.
Sed iſtũ quem qreris ego ſum.Cur. quæſo tu ne is es
Lyco trapezita.Ly.ego ſum.Cur.multam me tibi
Salutem iuſſit therapontigonus dicere.
Et has tabellas dare me iuſſit.Ly.mihin? Cur.ita.
Cape.ſignum noſce.noſtin? Ly.quid ni nouerim?
Clypeatus elephantum ibi machera diſſicit.
Cur. Quod iſtic ſcriptum eſt: id te orare iuſſerat
Profecto vt faceres:ſuam ſi velles gratiam.
Ly. Concede.inſpiciam quid ſit ſcriptũ.Cur. maxie.
Tuo arbitratu dum auferam abs te:id quod peto.
Miles lyconi in epidauro hoſpiti
Suo therapontigonus platagidorus plurimam
Salutem dicit.Cur.meus hic eſt.hamum vorat.
Te cum oro: & quæſo qui has tabellas adferet
Tibi:vt ei detur quam iſtic emi virginem.
Quod te præſenti iſtic egi teq; interprete
Et aurum & veſtem:iam ſcis vt conuenerit
Argentum des lenoni: huic des virginem.
Ly. Vbi ipſus?cur nõ venit? Cur. ego dicã tibi . qa nudiuſqurat9
Venimus in cariã ex india.ibi nunc ſtatuam volt dare aureã
Solidam faciundam ex auro philippeo quę ſiet
Septempedalis factis monumentũ ſuis.
Ly. Quamobrẽ iſtuc?Cur.dicã.quia em̃ perſas.paphlagonas.
Sinopas.arabes.caras.cretanos.ſyros.rhodiam.atq; lyciam.
Perediam.& bibeſſiam.centauromachiam.& claſſiam.
Onomaminiam.libyamq; oram omnẽ.cõtercentauremachiã.
Dimidiam partem nationum vſq; omnium ſubegit ſolus
Intra viginti dies.Ly.vah.Cur.quid mirare?
Ly. Quia enim in cauea ſi forent concluſi itidem vt pulli
Gallinacei:ita non potuere vno anno circumirier.
Credo hercle te eſſe ab illo: nam ita nugas blatis.
Cur. Immo etiam porro ſi vis dicam.Ly.nihil moror.
Sequere hac:redabſoluam qua aduenisti gratia.

Atq; eccum video.leno ſalue.Le.di te ament.
Ly. Quid hoc quod ad te venio? Le.dicas quid velis.
Ly. Argentū accipias.cū illo mittas virginē.
Le. Quid quod iuratus ſum? Ly.quid id refert tua?
Dum argētum accipias.Le.qui monet quaſi adiuuat.
Sequimini.Cur.leno caue in te ſit morari mihi.

Miles.

HEdepol nugatorē lepidum lepide hūc nactus eſt phędrom⁹.
Halopantā an ſycophantā hunc magis eſſe dicā neſcio
Ornamenta quę locaui metuo haud poſſim recipere.
Quanquā cū iſtoc mihi negotii nihil eſt.ipſi phędromo
Credidi:tamen aſſeruabo.ſed hic dum egreditur foras:
Commoſtrabo quo quenq; hominē inueniatis loco:
Ne nimio opere ſumat operā:ſiquē conuentum velit
Vel vitioſum vel ſine vitio:vel probrū vel improbū.
Qui periurū conuenire vult hominē: mitto in comitium.
Qui mēdacē & glorioſum:apud cluacinę ſacrū.
Dictis clamoſos maritos ſub baſilica quęrito.
Ibidem erunt ſcorta exoleta: quiq; ſtipulari ſolēt.
Symbolorū collatores apud forum piſcariū.
In foro infimo boni homines:atq; dites ambulant.
In medio propter canalē ibi oſtētatores meri
Confidētes garruliq;.& maleuoli ſupra lacum.
Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam:
Et qui ipſi ſat habēt:quod ipſis poſſit vere dicier:
Sub veteribus ibi ſunt q dant:quiq; accipiūt fœnore.
Pone ædē caſtoris:ibi ſunt ſubito quib⁹ credas male.
In tuſco vico ibi ſunt homines: qui ipſi ſeſe vēditant.
In velabro vel piſtorē vel lanium vel haruſpicē.
Vel q ipſi vortant:vel q aliis ſubuerſentur: prębeant.
Dictis damnoſos maritos apud leucadiam opperiā.
Sed interim fores crepuere.linguę moderādū ē mihi.

Curculio. Lyco. Cappadox.

TTu prę virgo:nō queo quod pone me eſt ſeruare.
Et aurū & veſtē oēm ſuā aiebat: qdqd hęc hēret.
Ly. Nemo it inficias.Cur.attamen meliuſculū eſt monere.
Memēto promiſiſſe te: ſi quiſquam hanc liberali
Cauſam manu adſereret: mihi omne argētum redditū iri
Minas triginta.Ca.meminero.de iſtoc quietus eſto.

Et nunc idẽ dico. Ly. & cõmeminiſſe ego hęc volã te.
Ca. Memini & mãcipio tibi dabo. Cur. egon ab lenone quicquã
Mãcipio occipiã: quibus ſui nihil eſt niſi vna lingua?
Qui obiurant ſi quid creditum eſt. alienos mãcupatiſ.
Alienos manumittitis. alieniſq; imperatis.
Nec vos auctor vlluſt: nec voſmet eſtis vlli.
Itẽ genus eſt lenonũ inter homines meo quidẽ aĩo
Muſcæ. culices. pedeſq;. puliceſq;.
Odio & malo & moleſtiæ: bono vſui eſtis nulli:
Nec vobiſcum quiſquã in foro frugi conſiſtere audet.
Qui conſtitit culpatur. conſpuitur. vituperatur.
Eum rem fidemq; perdere: tametſi nihil fecit aiunt.
Ly. Aedepol lenones meo aĩo nouiſti luſce lepide.
Ca. Eodẽ hercle vos pono: & paro pariſſimi eſtis ibuſ.
Hi ſaltem in occultis locis proſtant. vos in foro ipſo.
Vos fœnore: hi male ſuadẽdo: & luſtris lacerãt homĩeſ.
Rogitationes plurimas propter vos populus ſciuit.
Quas vos rogatas rumpitis. aliquam reperitis rimã.
Quaſi aquã feruẽtẽ frigidã eſſe: ita vos putatis leges.
Ly. Tacuiſſe mallẽ. haud ĩ male meditãtẽ maledicax eſ.
Ca. Indignis ſi male dicitur: maledictũ id eſſe dico.
Verũ ſi dignis dicitur: benedictũſt meo quidẽ anĩo.
Cur. Ego mãcipẽ te nihil moror: nec lenonẽ aliũ quẽquã.
Lyco nunqd vis? Ly. bñ vale. Cur. vale. Ca. heus tu tibi ego dico.
Cur. Eloquere quid vis. Ca. quęſo vt hanc cures bene ſit iſti.
Bene ego iſtã eduxi meę domi & pudice. Cur. ſi huius miſeret:
Ecqd das ꝙ bñ ſit? Ca. malũ. Cur. tibi opꝰ eſt hoc quo te ꝓcures.
Ca. Quid ſtulta ploras? ne time: bene hercle vendidi ego te.
Fac ſis bonę frugi ſies. ſequere iſtum bella belle.
Ly. Sũmane nunquid nunc iam me vis? Cur. vale.
Nam & operã & pecuniã benigne prębuiſti.
Ly. Salutẽ multã dicito patrono. Cur. nunciabo.
Nũqd vis leno? Ca. iſtas minas decẽ qui me procurẽ:
Dũ melꝰ ſit mihi des. Cur. dabũtur. cras peti iubeto.
Ca. Quãdo bñ geſſi rẽ: volo hic in fano ſupplicare.
Nam illã minis olim decẽ puellam paruolam emi.
Sed eum quid mihi vẽdidit illã: nunquã poſt illa vidi.
Periiſſe credo. quid id mea refert? ego argẽtũ habeo.

Quoi hoī dei ſunt propitii: lucrū ei profecto obiiciūt.
Nunc rei diuinę operam dabo. certūſt bñ me curare.

Miles. Therapontigonus. Lyco trapezita.

NOn ego nunc mediocri incedo iratus iracundia:
Sed eapſe illa q̄ excidionē facere cōdidici oppidis.
Nūc niſi tu mihi ꝓpere ꝓperas dare iā triginta minas
Quas ego apud te depoſui: vitam propera ponere.
Ly. Nō ædepol nūc ego te mediocri macto īfortūio:
Sed eapſe illa qua mactare ſoleo: quoi nihil debeo.
Mi. Ne te mihi facias ferocē. haud ſupplicare cēſeaſ.
Ly. Nec tu me qdē vnq̄ſ ſubiges redditū vt reddā tibi.
Nec datur9 ſū. Mi. idē ego iſtuc quom credebā credidi:
Te nihil eē reddituꝝ. Tra. quur nūc a me igitur petis?
Mi. Scire volo quoi reddidiſti. Tra. luſco liberto tuo
Is ſummanum ſe vocari dixit. ei reddidi: (bellas
Qui has tabellas obſignatas attulit. Mi. q̄s tu mihi ta
Quos tu mihi luſcos libertos: quos ſūmanos ſōnias?
Nec mihi quidē libertus eſt vllus. Tra. facis ſapiētius:
Quā pars lenonū libertos qui habēt: & eos deſerunt.
Mi. Quid feciſti? Ly. qđ mādaſti feci tui honoris grā:
Tuū qui ſignū ad me attuliſſet nuncium: ne ſpernerē.
Mi. Stultior ſtulto fuiſti: qui iis tabellis crederes?
Tera. qs reſpublica & priuata geritur: nōne iis crederē?
Ego habeo tibi res ſolutas. recte bellator vale.
Mi. qd valeā? Tra. at tu ęgrota ſi viues ꝑ me qdē ætatē.
Mi. Quid ego nūc faciā? quid refert me feciſſe regib9
Vt mihi obedirēt: ſi hic me hodie vmbratic9 deriſerit?

Cappadox leno. Miles.

QVoi homini dii ſunt ꝓpitii: ei nō eſſe iratos puto.
Poſtquā rem diuinā feci: venit inmentem mihi
Ne trapezita exulatum abierit argentum vt petam:
Vt ego potius comedam: quā ille. iuſſeram ſaluere te.
Terapontigone ſalue: ſaluus quom aduenis
In epidaurū? hic hodie apud me nunq̄ delinges ſalē.
Mi. Bñ vocas: verum vocata res eſt: vt male ſit tibi.
Sed qd agit meū mercimoniū apud te? Ca. nihil apud me quidē
Ne facias teſtis: neq; equidē debeo quicquā. Mi. quid eſt?
Ca. Quod fui iuratus feci. Mi. redin an non virginę?

Prius quam huic meę macherę obitio maſtigia?
Ca. Vapulare ego te vehementer iubebo: ne me territes.
Illa abducta eſt: tu auferere hinc a me ſi perges mihi
Male eloqui profecto:cui ego niſi malum nihil debeo.
Mi. Mihī malū minitare? Ca. atq; ædepol nō minitabor: ſ; dabo:
Mihi ſi perges moleſtus eſſe. Mi. leno minatur mihi?
Meęq; pugnę præliares plurimę obtritę iacent?
At ita me machera & clypeus bene iuuent pugnantē
In acie: niſi mihi virgo redditur:
Iam ego te faciam vt hic formicę fruſtillatim differant.
Ca. At ita me volſellę. pecten. ſpeculum. calamiſtrū meū
Bene me amaſſint: meaq; axitia linteumq; exterſum:
Vt ego tua magnifica verba: neq; iſtas tuas magnas minas
Non pluris facio quā ancillam meam: quę latrinā lauat.
Ego illā reddidi qui argētum a te attulit. Mi. quis is eſt homo?
Ca. Tuū libertū eſſe aiebat ſeſe ſummanū. Mi. meū?
Atat curculio hercle verba mihi dedit quum cogito:
Is mihi annulū ſubripuit. Ca. perdidiſtin tu annulū?
Miles pulchre centuriatus es expunctus in manipulo.
Mi. Vbi nunc curculionē inueniā? Ca. in tritico facillume.
Vel qingētos curculiones pro vno faxo reperias.
Ego abeo: vale: atq; ſalue. Mi. male vale. male ſit tibi.
Quid ego faciā? maneā. an abeā? ſiccine mihi eſſe os oblitū?
Cupio dare mercedē: qui illunc vbi ſit cōmoſtret mihi.

Paraſitus.

ANtiquom poetā audiui ſcripſiſſe in tragœdia:
Meliares duas peiores eſſe: quam vna. res ita eſt.
Verum mulierē peiorē: quā hęc amica eſt phędromi:
Non vidi. neq; audiui. neq; pol dici nec fingi poteſt:
Peior quā hęc eſt. quę vbi me hunc habere conſpicata eſt anulū:
Rogat vnde habeā. quidid tu q̄ris? quia mihi quęſitoſt opus.
Nego me dicere. vt eum eriperet: manum arripuit mordicus.
Vix foras me arripui: atq; effugi. apage iſtanc caniculam.

Planuſium. Phædromus. Curculio. Miles.

PHædrome propera. Ph. qd properē? Pl. paraſitū ne amiſeris.
Magna res ē. Ph. nulla eſt mihi. nā q̄ habui: abſūpſi celeriter.
Pl. Teneo. Ph. qd negocii? Pl. rogita iſtūc: vnde habeat anulū.
Pater iſtum meus geſtauit. at me æmatertere

Mater ei vtendum dederat. Cur. pater tuus rurſum tibi?
Pl. Nugas garris. Cur. ſoleo: nam propter eas viuo facilius.
Quid nunc? Pl. obſecro parentes ne meos mihi prohibeas?
Cur. Quid ego: ſub gemmā abſtruſos habeo tuā matrē & p̄rem?
Pl. Libera ego ſum nata. Cur. & alii multi qui nunc ſeruiunt.
Pl. Enimuero iraſcor. Cur. dixi eq̄dē tibi vñ ad me hic puenerit.
Quoties dicendum eſt? eluſi militem inquam in alea.
Mi. Saluos ſum: eccon quęrebā. q̄d agis bone vir? Ph. audio.
Si vis tribus bolis velim chlamydē. Mi. quin tu is in malam crucē
Cum bolis cum bullis. redde etiam argentū aut virginē.
Ph. Quod argētū: quas tu mihi trichas narras? quā tu virginē
Me repoſcis? Mi. quam ab lenone abduxiſti hodie ſcelus viri.
Ph. Nullā abduxi. Mi. certe ecciſtā video. Ph. virgo hęc libera ē.
Mi. Mean ancilla libera vt ſit: quā ego nunquā emiſi manu?
Ph. Quis tibi hanc dedit mancipio? aut vnde emiſti? fac ſciā.
Mi. Ego quidē pro iſtac rē ſolui ab trapezita meo.
Quam ego pecuniā quadruplicē abs te & lenone auferā.
Ph. Qui ſcis mercari furtiuas atq; ingenuas virgines.
Ambula in ius. Mi. non eo. Ph. licet anteſtari? Mi. non licet.
Ph. Iupiter te male perdat. inteſtatus viuito.
Mi. At ego quē licet te accede huc. Cu. ſeruū anteſtari? Mi. vide.
Cur. Hē vt ſcias me liberū eſſe. Mi. ergo ambula in ius. hē tibi.
Cur. O ciues ciues. Mi. quid clamas? Ph. quid iſtū tibi tactio eſt?
Mi. Quia mihi libitū ē. Ph. accede huc tu: ego illū tibi dedā. tace.
Cur. Phędrome obſecro ſerua me. Ph. tanquā meū geniū.
Miles quęſo vt mihi dicas vnde illū habeas anulū:
Quē paraſitus hic te eluſit. Pl. per tua genua te obſecro:
Vt nos facias certiores. Mi. quid iſtuc ad vos attinet?
Queratis chlamydē & macherā hanc vnde ad me peruenerit.
Cur. Vt faſtidit glorioſus. Mi. mitte iſtū: ego dicā oīa.
Cur. Nihil eſt quod ille dicit. Ph. fac me certiorē obſecro.
Mi. Ego dicā. ſurge. hanc rem agite: atq; animū aduortite.
Pater meus habuit periphanes planeſium
Is prius quā moritur: mihi dedit tanquā ſuo
Vt æquum fuerat filio. Pl. proh iupiter.
Mi. Et iſte me heredē fecit. Pl. pietas mea ſerua me quādo ego te
Seruaui ſedulo. frater mi ſalue. Mi. qui credā ego iſtuc cedo:
Si vera memoras. quę fuit mater tua? Pl. cleobula.

Mi. Nutrix quę fuit? Pl.archeſtrata.ea me ſpectatũ tulerat
Per dionyſia.poſtquam illo ventũ eſt iam vt me collocauerat:
Exoritur ventus turbo.ſpectacula ibi ruunt. ego pertimeſco.
Tum ibi me neſcioquis arripit timidã atq; pauidã:
Nec viuã:nec mortuã:nec quo me pacto abſtulerit poſſum dicer̃.
Mi. Meminiſti hanc turbã fieri? ſed tu dic mihi: vbi is eſt homo
Qui te ſubripuit? Pl neſcio.verũ hũc ſeruaui ſemper mecũ vna
Anulum.cum hoc olim perii.Mi.cedo vt inſpiciã.
Ph. Sanan es quę iſti cõmittas? Pl.ſine modo.Mi.proh iupiter.
Hic eſt quẽ ego tibi miſi natali die.tam facile noui: quã me.
Salue mea ſoror.Pl.frater mi ſalue.
Deos volo bene vortere iſtam rem nobis.
Cur. Et ego nobis omnibus tu vt hodie adueniens
Cœnam des ſororiam.hic nuptialẽ cras dabit.Ph.promittimus.
Mi.Tace tu.Cur.nõ taceo:qñ res vortit bñ.tu iſtãc deſpõde huic
Miles:ego dotẽ dabo.Ph.quid dotis? Cur.egone? vt ſemper
Dum viuat me alat. Mi. verũ hercle dico me iubẽte feceris.
Et leno hic debet nobis triginta minas.Ph.quamobrẽ iſtuc?
Mi. Quia ille repmiſit mihi ſi qſq; hãc liberali aſſeruiſſet manu:
Sine controuerſia om̃e argẽtũ redderet.Ph. nũc eam9 ad lenonẽ.
Mi. Laudo.Ph.hic prius volo meã rem agere.Mi. quid id eſt?
Ph. Vt mihi hãc deſpõdeas. Cur. qd ceſſas miles hãc huic vxorẽ
Mi.Si hęc volt.Pl.mi frater cupio.Mi.fiat.Cur. bñ facis. (dare?
Ph. Spondes ne miles mihi hanc vxorẽ? Mi.ſpondeo.
Cur. Et ego hoc idem vnum ſpõdeo.Mi.lepide facis.
Sed eccum lenonẽ incedit theſaurum meum.

Leno Cappadox.Miles. Phędromus. Planuſium:

ARgentariis male credi qui aiunt:nugas prędicant.
Nã & bene & male credi dico.id adeo hodie ego expert9 ſũ.
Nã male creditur:qui nunquã reddunt:ſed prorſus perit.
Velut decem minas dum ſoluit omnis menſis tranſiit.
Poſtquã nihil fit:clamore hominem poſco.ille in ius me vocat.
Peſſume metui:ne minis hodie apud prętorẽ ſolueret.
Verum amici compuluerunt.reddit argentũ domo.
Nunc domũ properare certumſt.Mi.heus tu leno te volo.
Ph. Et ego te volo.Ca.at ego vos volo ambos.Mi.ſtaſis illico:
Atq; argentũ propere propera vomere.Ca.quid mecũ eſt tibi?
Aut tecũ? aut? Mi.quia ego ex te hodie faciã pilũ catapultariũ.

Atq; ita te neruo torquebo itidem: vt catapultę ſolent.
Delicatum te hodie faciã cum catello vt accubes
Ferreo. ego dico. Ca. ego vos ambo in robuſto carcere
Vt pereatis. Mi. collum obſtringe. abduce iſtum in malã crucẽ.
Ph. Quidquid eſt? ipſe ibit potiꝰ. Ca. proh deũ atq; hoiuz fidẽ.
Hoccine pacto indemnatũ atq; inanteſtatum me arripi?
Obſecro planeſium & te phędrome auxilium vt feras.
Pl. Frater obſecro te noli hunc indemnatũ perdere.
Bene & pudice me domi habuit. Mi. haud voluntate id ſua.
Aeſculapio huic habeto: quod pudica es gratiã. nam ſi voluiſſet:
Iãpridẽ quoq; potuiſſet emittere. Ph. aĩumaduortite ſi poſſũ hoc
Inter vos ſnĩa cõponere. mitte iſtũc. accede huc: dicã meã ſẽtẽciã:
Si quidẽ vultis quod decrero facere. Ca. tibi permittimus:
Dum quidẽ hercle ita iudices: ne quiſquã a me argentũ auferat.
Mi. Quid ne promiſiſti? Ca. qui promiſi: lingua eadẽ nũc nego.
Dicendi nõ rẽ perdendi hęc gratia nata eſt mihi. Mi. nihil agit.
Collum obſtringe homini. Ca. iam iã faciã vt iuſſeris.
Mi. Qñ vir bonus es: reſpõde quod rogo. Ca. roga quod lubet.
Mi. Promiſiſtin ſi liberali quiſquam hanc aſſereret manu:
Te omne argentũ redditurũ? Ca. non cõmemini dicere.
Mi. Quid negas? Ca. nego hercle vero. quo pręſẽte? quo ĩ loco?
Mi. Meipſo pręſente & lycone trapezita. Ca. non taces?
Mi. Nõ taceo. Ca. nõ ego te floccifacio: ne me territes. Mi. meipõ
Et lycone factũ ẽ. Ph. ſatis credo tibi. nũc adeo vt tu (p̃ſente
Scire poſſis leno meã ſententiã: libera hęc eſt.
Hic huius frater eſt. hęc autẽ illius ſoror. hęc mihi nubet.
Tu huic argentũ redde. hoc iudicium meum eſt.
Mi. Tu aũt in neruo iam iacebis: niſi mihi argẽtũ redditur.
Ca. Hercle iſtã rẽ iudicaſti perfidioſe phędrome: & tibi oberit.
Et te miles di deæq; perdiunt. tu me ſeq̃re. Mi. quo ſequar te?
Ca. Ad trapezitã meũ. ad p̃torẽ. nã ĩde rẽ reſoluo oĩbꝰ qbꝰ debeo.
Mi. Ego te in neruo haud ad pretorẽ hic rapiã: ni argẽtũ refers.
Ca. Ego te vehemẽter perire cupio: ne tu me neſcias.
Mi. Ita ne vero? Ca. ita hercle vero. Mi. noui ego hos pugnos me
Ca. Quid tu? Mi. qd tu rogitas? hiſce ego ſi tu me irritaueris (os
Placidũ te hodie reddã. Ca. age ergo recipe actutũ. Ph. licet.
Tum miles apud me cœnabis. hodie fient nuptię. Mi. quę res bñ
Vortat mihi & vobis ſpectatores plaudite plaudite.

## Plauti Poetæ. Clariſſimi. Caſina.

### Argumentum.

SAluere iubeo ſpectatores optumos: fidē q facitis ma=
Et vos fides verū dixi: ſignū clarū date mihi: (xumi.
Vt vos mihi æquos iam inde a principio ſciam.
Qui vtuntur vino vetere: ſapientis puto.
Et qui libenter veteres ſpectant fabulas:
Antiqua opera & verba quum vobis placent:
Aequū eſt placere ante veteres fabulas.
Nā nunc nouę quę prodeunt comœdię:
Multo ſunt nequiores quam nummi noui.
Nos poſtquā populi rumorē intelleximus:
Studioſe expetere vos plautinas fabulas:
Antiq̃ꝫ eius edim⁹ comœdiā: q̄ꝫ vos ꝓbaſtis qui eſtis ī ſeniorib⁹.
Nam iuniorū qui ſunt: non norunt ſcio. verū vt cognoſcāt:
Dabimus operam ſedulo. hęc quū primum acta eſt: vicit oīs
Fabulas. ea tēpeſtate flos poetarū fuit:
Qui nunc abierunt hinc in cōmunē locum.
Sed tamen abſentes proſunt pręſentibus.
Vos omnes opere magno oratos eſſe volo:
Benigne vt operam detis ad noſtrum gregē.
Ducite ex animo curam atq; alienum æs:
Ne quis formidet flagitatorē ſuum.
Ludi ſunt. ludus datus eſt argentariis.
Tranquillum eſt. alcedonia ſunt circa forum.
Ratione vtuntur. ludis neminē poſcunt.
Secundum ludos reddunt autē nemini.
Aures votiuę ſi ſunt: animū aduortite.
Comœdię nomen dare vobis volo.
Clerumenœ vocatur hęc comœdia gręce:
Latine ſortientes. diphilus hanc gręce
Scripſit: poſt id rurſum denuo
Latine plautus cum lactanti nomine.
Senex hic maritus habitat. ei eſt filius.
Is vna cum patre in illiſce habitat ædibus.
Eſt ei quidam ſeruus: qui in morbo cubat.
Immo hercle vero in lecto nequid mentiar.
Is ſeruus ſed ab hinc annos factū eſt ſexdecim

Quum conſpicatus eſt primo crepuſculo
Puellam exponi:adit extemplo ad mulierem:
Quę illam exponebat:orat vt eam det ſibi.
Exorat. aufert. detulit recta domum.
Dat herę ſuę.orat vt eam curet.educet.
Hera facit.educauit magna induſtria:
Quam ſi eſſet ex ſe nata:non multo ſecus.
Poſtquā adoleuit ad eam ætatem:vt viris
Placere poſſet:at eam puellam hic ſenex
Amat efflictim: & item contra filius.
Nunc ſibi vterq; contra legiones parat.
Pater filiuſq; clam alter:alterumq;
Pater allegauit villicum:qui poſceret
Sibi iſtam vxorem.is ſperat ſi ei ſit data
Sibi fore paratas clā vxore excubias foris.
Filius autem armigerum allegauit ſuum:
Qui ſibi eā vxorem poſcat.ſcit ſi id impetret:
Futurum quod amat intra preſepis ſuas.
Senis vxor ſenſit virum amori operam dare:
Propterea vna conſentit cum filio.
Ille autem poſtquā ſenſit filium ſuum
Eandem illam amare: & eſſe impedimēto ſibi:
Hinc adoleſcentem pergere ablegauit pater.
Sciens eius mater ei dat operā abſenti tamen.
Is ne expectetis hodie in hac comœdia
In vrbem non redibit.plautus noluit:
Pontem interrupit: qui erat in itinere.
Sunt hic quos credo nunc inter ſe dicere.
Hercle quid iſtuc eſt ſeruiles nuptiæ?
Seruin vxorem ducent:aut poſcent ſibi?
Nouum attulerunt quod fit nuſquā gentium.
At ego aio hoc fieri in gręcia & carthagini:
Et hic noſtra terra in apulia.
Maioreq; opera ibi ſeruiles nuptię:quā liberales etiā curari ſolēt.
Id ni fit: mecum pugnos ſiquis volt dato in vrnam mulſi.
Pœnus dum iudex ſiet: gręcus adeo vel mea cauſa apulus.
Qui nunc nihil agitis:ſentio nemo ſitit.
Reuortar ad illā puellā expoſiticiam

Quam ſerui ſumma vi ſibi vxorem expetunt.
Ea inuenietur & pudica & libera ingenua atheniēſis.
Neq; quicq̄ ſtupri fiet ꝑfecto in hac qdē comœdia.
Mox hercle vero poſt tranſacta fabula argētum ſi qs
Dederit: vt ego ſuſpicor : vltro ibit nuptū:
Non manebit auſpices.
Tantum eſt.valete.bene rem gerite.& vincite
Virtute vera quod feciſtis antehac.

## Argumentum in Caſina.

Conſeruam vxorē duo cōſerui expetūt.
Alium ſenex allegat:alium filius.
Sors ſenē adiuuat: verum decipitur dolis:
Volo ſcire ſi ſcis. Fi. id quod audiui audies. ſtratiphoclē piphani
Filium abſentē curauiſſe vt fieret libera. Pe. perii hercle:
Si iſtęc vera ſunt planiſſime meū exēterauit epidicus marſupium.
Fi. Hęc ſic audiui. nunqd me vis cęterum? Pe. malo cruciatu
Vt pereas: atq; obeas cito. Fi. fides non reddis? Pe. neq; fides neq;
Tibias. propera igitur fugere hinc: ſi te di amant. Fi. abiero.
Flagitio cū maiore poſt reddes tamē. Pe. quid nunc q in tantis
Poſitus ſum ſentētiis? eū ne ego ſinā īpune? imo & ſi alterū tantū
Perdūdumſt: ꝑdam potius quā ſinā me īpune irriſum eſſe habitū.
Depeculatū: ab eis ſic data eē verba p̃ſenti palā? atq; ne minoris.
Facio prę illo q oīum legum atq; iurium fictor conditor: cluet.
Is etiam ſeſe ſapere memorat malleum.
Sapiētior eſt. vt malo hęret manubrio mulier.

Mulier. Periphanes

SI quid eſt homini miſeriarū quod miſereſcat ex animoſt.
Id ego expior quoi multa ī vnum locum confluunt quę meū
Pectus pulſant ſimul. multiplex ęrumna exercitā habet pauptaſ.
Pauor territat mentē animi: neq; vbi meas collocē ſpes
Habeo vſquam munitum locum: ita gnata mea hoſtiuſt potita:
Neq; ea nunc vbi ſit ſcio. Pe. quis illęc eſt mulier timido

Pectore peregre aduenies: quę ipſa ſe miſeratur?
Mu. In his dictuſt locis habitare mihi periphanes.
Pe. Me nominat hęc. credo ego illi hoſpitio vſus venit.
Mu. Perueli mercedē dare: q mōſtret eū mihi hoīe;: aut vbi hītet.
Pe. Noſcito ego hāc: nā videor neſcio vbi me vidiſſe p̄us. ē ne ea
Quam aīus retur meus? di boni viſitaui antidhac. (an nō
Certe eaſt: quam in epidauro paupculam memini comprimere.
Mu. Plane hiccie ē q mihi in epidauro primus pudiciciā pepulit?
Pe. Quę meo cōpreſſu pepit filiā q̄; dōi nūc hēo. Mu. qd ſi adeā?
Pe. Haud ſcio an cōgrediar: ſi hęc ea ē. Mu. ſin ē is hoc ſic āni m̄lti
Dubiā dant. Pe. lōga dies meū īcertat aīu;. ſin eaſt quā īcerto aīo
Hāc cōgrediar aſtu. Mu. muliebris adhibēda mihi malitia nūc eſt.
Pe. Cōpellabo. Mu. orōnis aciē contra conferā. Pe. ſalua ſis.
Mu. Salutē accipio mihi & meis. Pe. qd ceterū? Mu. ſaluus ſis.
Quod credidiſti reddo. Pe. haud accuſo fidē. nouin ego te?
Mu. Si ego te noui animū inducā vti noueris. Pe. vbi te viſitaui?
Mu. Iniq; iniurius. Pe. quid iā? Mu. qa tuę memorię īterpretari
Me æquum cēſes. Pe. commode fabulata es. Mu. mira mēoras.
Pe. Hē iſtuc recti⁹ meminiſti? Mu. memini id. Pe. in epidauro.
Mu. An guttula pect⁹ ardēs mihi aſpſiſti? Pe. virgini paupculę.
Tuęq; matri me leuare pauptatē. Mu. tun is es qui p voluptatē
Tuam in mea ærumna obſeuiſti grauiter? Pe. ego ſum. ſalue.
Mu. Salua ſum: quia te eſſe saluum ſentio. Pe. cedo manum.
Mu. Accipe ærumnoſam & miſeriarū compotē mulierē retīes.
Pe. Quid quod digitus titubat tuus? filiam quam ex te ſuſcepi.
Quid eam? Mu. eductam pdidi. oſtium eſt potita.
Pe. Habe aīu; lenē: & trāqllū face. domi meę eccā ſaluā & ſanā.
Nā poſtq̄; audiui illico ex meo ſuo illā eē captā: cōtīuo argētū dedi
Vt emeretur. ille eam rē adeo ſobrie & frugaliter accurauit:
Vt alias res eſt impēſe improbus. Mu. fac videam ſit ne.
Pe. Eo cāthara ſtatī iube eropoliſtidē prodire filiā ante ædis meā:
Vt ſuā videat matrē. Mu. remigrat animus nunc demū mihi

Fidicina. Periphanes ſenex. Mulier.

QVid eſt pr̄ qd̄ me exciuiſti ante ædis? Pe. vt matrē tuā videas.
Adeas. veniēti des ſalutē atq; oſculum. Fi. quā meā matrē?
Pe. Quę exaiata exeqtur aſpectū tuū. Mu. quis iſtec eſt quā tu
Oſculum mihi ferre iubes? Pe. tua filia. Mu. hęccine? Pe. hęc.
Mu. Ego ne oſculum huic dē? Pe. cur non quę ex te nataſt?

Mu. Tu hō īſanis. Pe. ego ne? Mu. tu. Pe. cur? M. q̄a ego hanc q̄
Siet: neq; ſcio: neq; noui: neq; ego hanc oculis vidi an̄ hunc dię.
Pe. Scio q̄d erres: q̄a veſtimētum atq; ornatū mutabilē ħēt hęc.
Mu. Aliter catuli longe olēt: aliter ſues. nego eam nouiſſe.
Pe. Proh deū atq; hoīz fidē: q̄d ego lēociniū facio: q̄ hēa z alicos dōī
Atq; argētum egurgitē domo prorſum. q̄d tu quę patrē tuum
Vocas me: atq; oſculare? quid ſtas ſtupida? quid taces?
Fi. Quid loquar vis? Pe. hęc negat ſe tuā eſſe matrē. Fi. nō fuat:
Si non volt. equidē hac inuita tn̄ ero matris filia. nō me iſtanc
Cogere æquū eſt meā eſſe matrē: ſi nō vult. Pe. cur me igitur patrē
Vocabas? Fi. tua iſtęc culpa non mea. non patrē ego nominē:
Vbi tu tuā me appellas filiā? hāc quoq; etiā ſi me appellet filiam:
Matrē vocē. negat hęc filiā me ſuā eſſe: nō ergo hęc mr̄ mea eſt.
Poſtremo hęc mea culpa nō ē. quę didici dixi oīa. epidicus mihi
Magiſter fuit. Pe. perii: auſtrum pertuli. Fi. nunquid ego ibi?
Pe. Si hercle te vnquā me patrē vocare vitam tuā ego interimā.
Fi. Nō voco. vbi voles pater eſſe: ibi eſto. vbi noles: ne fueris pr̄.
Mu. Quid? ob eā rē hāc emiſti: q̄a tuā gnatā rat⁹. qb⁹ de ſignis
Agnoſcebas? Pe. nullis. Mu. quare filiam credidiſti noſtram?
Pe. Seru⁹ epidic⁹ dixit mihi. Mu. q̄d ſi ſeruo aliter viſum eſt: non
Poteras nouiſſe obſecro? Pe. quid ego qui illam vt primum vidi:
Nunquam vidi poſtea. Mu. perii miſera. Pe. ne fleas mulier intro
Abi. habeto animum bonum. ego illam reperiā. Mu. hinc
Athenis ciuis quis eam emit atticus: adoleſcētē equidē dicebant
Emiſſe. Pe. inueniam. tace. abi modo intro: atq; hanc aſſerua
Circē ſolis filiam. ego relictis rebus epidicū operā quęrēdo dabo
Si inueniam: exitiabilē ego illi faciam hunc vt ſciat dię.

Stratiphocles adoleſcēs. Epidicus. Daniſta. Virgo.

MAle morigerus mihi eſt daniſta: qui de me argētū non petit:
Neq; illam adducit quę ex pręda. ſed eccum incedit epidicus.
Quid illuc eſt quod illi caperat frons ſeueritudine?
Ep. Si vndecim deos pręter ſe ſecum adducat iupiter: ita nō oēs
Ex cruciatu poterūt eximere epidicū. piphanē emere lora vidi.
Aderat ibi vna apoecides. nunc homines me quęritare credo
Sēſerunt. ſciūt ſibi data eſſe verba. St. quid agis mea cōmoditas?
Ep. Quod miſer. St. q̄d ē tibi? Ep. q̄n tu mihi adornas ad fugam
Viaticum. quęritāt me. in manibus geſtant copulas ſecū. ſubuēi
Priuſquam pereo. nam per vrbē duo defloccati ſenes.

St. Habe bonũ aĩum. Ep. qppe ego cui libertas in mundo ſitaſt.
St. Ego te ſeruabo. Ep. ædepol me illi melius: ſi nacti fuant.
Sed quis eſt hęc muliercula: & ille grauaſtellus qui venit?
St. Hic eſt daniſta. hęc illa eſt aũt q̃ emi ex p̃da. Ep. hęccineſt?
St. Hęc eſt. eſtne vt dixi tibi? aſpecta. Ep. hęc. St. cõtẽpla epidice.
Vſq; ab vnguiculo ad capillum ſummum.
Eſtne? conſpice. ſignum pictum pulchre videris.
Ep. Ex tuis verbis meum futurum corium pulcrum prędicas:
Quem apelles atq; zeuſis duo pingẽt pigmẽtis vlmeis.
St. Dii ĩmortales. ſoccos iuſſi adimere pedibus: pulmones.
Quod perhibẽt prius veniſſe quam tu adueniſti mihi.
Da. Hęc ædepol remorata eſt me. St. ſiquidẽ iſtius gratia.
Id remoratus quod iſta voluit: nimium aduenisti cito.
Da. Age age abſolue: atq; argẽtum numera: ne comites morer.
St. Pernumeratuſt. Ep. tene crumenã huc ide. Da. ſapiẽter venis.
St. Opperire dũ effero ad te argẽtũ. Da. matura. Ep. domi eſt.
Satin ego oculis vtilitatẽ obtineo ſincere an parum?
E philippa matre natan es thebis epidauri ſata?
Video ne ego teleſtidẽ te periphani filiam?
Vi. Quis tu homo es: q meum parẽtũ nomẽ memoras & meũ?
Ep. Non me nouiſti? Vi. qui quidẽ nunc veniat in mẽtẽ mihi.
Ep. Lunulã atq; anellũ aureolũ in digito. Vi. memini mi homo.
Ep. Non meminiſti me in aurẽ ad te adferre natali die?
Vi. Tu ne is es? Ep. ego ſum & iſtic frater tu⁹ eſt alia mr̃e: vno pr̃e.
Vi. Quid pater meus viuuſt? Ep. aĩo liqdo & tranqllo es. tace.
Vi. Dii me ex perdita ſeruatam cupiunt: ſi vera autumas.
Ep. Non habeo vllam occa ſionẽ: vt apud te falſa fabuler.
Accipe argẽtum hoc daniſta. hic ſunt quadragĩta minę.
Si quid erit dubium: immutabo. Da. bñfeciſti. bene vale.
St. Nunc em̃ tu mea es. Vi. ſoror qdẽ ædepol vt tu æque ſcias.
Salue frater. St. ſanan hęc eſt. Ep. ſana ſi appellat ſuum.
St. Quid ego modo huic frater factus dum intro eo atq; exeo?
Ep. Quod boni eſt: tacitus taceas tute tecum: & gaudeas.
St. Perdidiſti & reppiſti me ſoror. Ep. ſtultus tace.
Tibi quidẽ quod ames domi pręſtoſt fidicina opera mea:
Et ſororẽ in libertatẽ idem opera concilio mea.
St. Epidice fateor. Ep. abi intro: ac iube huic aquam calefieri.
Cętera hęc poſterius faxo ſcibis: quum erit ocium.

St. Sequere hac me ſoror. Ep. ego ad vos theſprionē iuſſero
Huc tranſire. ſed memēto ſi quid ſæuiunt ſenes:
Suppetias mihi cum ſorore ferre. St. facile iſtuc erit.
Ep. Teſprio exi iſtac per ortum: adfer domum auxilium mihi.
Magnas res minoris multo faxo: quam dudum ſenes.
Remeabo intro vt acurētur aduenictes hoſpites.
Eadē hęc intus edocebo: quę ego ſcio ſtratiphoclē.
Non fugio. domi adeſſe certumſt neq; ille haud obiiciet mihi
Pedibus ſeſe prouocatum. abeo intro. nimis longum loquor.

Periphanes. Apoecides ſenes duo. Epidicus. Mulier.

SAtin ille homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos
Hēt? Ap. immo ædepol tu qdē miſerū me hēs miſeris modis.
Pe. Taceſis mō. ſine me hoīe; apiſci. Ap. dico ego tibi iā vt ſcias
Alium tibi te comitē melius quęrere. ita dum te ſequor:
Laſſitudinē inuaſerunt miſerum ingenua flegmina
Pe. Quot illic hodie me exēplis ludificatuſt atq; te?
Vt illic autē exēterauit mihi opes argētarias.
Ap. Apage illum a me. nam ille quidē vulcani irati eſt filius.
Quaqua tangit: omne amburit. ſi propius aſtes æſtu calefacit.
Ep. Duodecim deis pluſquam placeo. deorum immortalium
Mihi nunc auxilio adiutores ſunt: & mecum militant.
Quicquid ego malefeci: auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi.
Apolactizo inimicos omnis. Pe. vbi illum quæram gētium?
Ap. Dum ſine me quæras mea cauſa: vel medio in mari.
Ep. Quid me queris? qd laboras? qd hunc ſolicitas? ecce me.
Num te fugi? num ab domo abſum? num oculis conceſſi tuis?
Nec tibi ſupplico: vincere vis eſto. oſtendo manus.
Tu habes lora. ego te emere vidi. quid nunc ceſſas? colliga.
Pe. Ilicet vadimonium vltro mihi hic facit. Ap. quid colligas?
Pe. Aedepol mancipium ſceleſtum. te profecto apoecides:
Nihil moror nihil. de prę facili exoras epidice. Ep. eo quid agis?
Pe. Tuon arbitratu? Ep. meo hercle verbo atq; haud tuo.
Colligandę hæ ſunt tibi hodie. Pe. at non lubet. non colligo.
At mihi magis lubet ſolutum te rogitare. Ep. at nihil ſcies.
Ap. Tragulam in te iniicere adornat. neſcio quam fabricā facit.
Ep. Tibi moram facis: cū ego ſolutus aſto: alliga: īquā colliga.
Pe. At mihi magis lubet ſolutū te rogitarier. Ep. at nihil ſcies.

Pe.q̃d ago? Ap.q̃d agas? mos geratur. Ep.frugi es tu hō apoecides.
Pe. Cedo manus igitur. Ep.morantur nihil: atq; arte colliga.
Pe. Nihil vero obnoxias. Ep.facto opere nunc arbitra in meę.
Bñ hoc habet. age nunc iam ex me exquire. rogita quid lubet.
Pe. Qua fiducia auſus primum quę emptaſt nudiuſtertius:
Filiam meā dicere eſſe? Ep. libuit ea fiducia.
Pe. Ain tu libuit? Ep.aio. Pe.vel ad pignus mea ſit filia:
Quam negat nouiſſe mater. Ep.non ergo matris filia eſt.
Pe. In meū nummum: in tuū talētum pignus daniſtę captioſt.
Sed quis ea eſt mulier? Ep.tui gnati amica: vt omnē ſcias.
Pe. Dedin tibi minas triginta ob filiam? Ep.fateor datas.
Et ego argēto illam me emiſſe amicā filii fidicinā
Pro tua filia. is te ab re tetigi trigīta minis.
Pe. Quomodo me ludos feciſti de illa conducticia
Fidicina? Ep.factum hercle vero: & rectum factum iudico.
Pe. Quid poſtremo argēto factū eſt quod dedi? Ep.dicā tibi.
Neq; malo homini neq; benigno tuo dedi ſtratiphocli.
Pe. Cur dare auſus? Ep.q̃a mihi libitū eſt. Pe.quę hęc malum?
Ep. Etiā inclamitor quaſi ſeruus. Pe.tu es liber: gaudeo.
Ep. Merui vt fierē. Pe.tu meruiſti? Ep.viſe intro. ego faxo ſcies
Hoc ita eſſe. Pe.quid eſt negocii? Ep.iam ipſa res dicet tibi.
Abi mō intro. Pe.hei nō illuc temereſt. adſerua iſtū apœcides.
Ap. Quid illuc epidice eſt negocii? Ep.maxima hercle iniuria.
Vinctus aſto: cuius hęc hodie opera inuenta ſit filia.
Ap. Ain tu te illius inueniſſe filiam? Ep.inueni: & domi eſt:
Sed vt acerbum eſt pro bñfactis cum malis meſſem metas.
Ap. Quam ne hodie per vrbē vterq; ſumus defeſſi quęrere.
Quid iſti oratis ope tanto? meruiſſe intelligo:
Vt liceat merito huius facere. Pe.cedo cui reſoluam manus.
Ep. Ne attīgas. Pe.oſtēde vero. Ep.nolo. Pe.non æquū facis
Ep. Nunquā hercle hodie niſi ſupplicīū mihi das: me ſolui ſinā.
Pe. Optimū atq; æquiſſimū oras. ſoccos. tunicam. palliū
Tibi dabo. Ep.q̃d deinde porro? Pe.libertatē. Ep.at poſtea?
Nouo liberto opus eſt quod pappet. Pe.dabitur. prębebo cibū.
Ep. Nūq; hercle hodie niſi me oraſſis: ſolues. Pe. oro te epidice
Mihi vt ignoſcas: ſi q̃d imprudēs culpa peccaui mea.
At ob eā rē liber eſto. Ep.inuitus do hanc veniam tibi:
Niſi neceſſitate cogar. ſolue ſane ſi lubet.

Recitator.

HIc is homo eſt: qui libertatē malicia inuenit ſua.
Plaudite. valete. lumbos exporgite atq̄ extollite.

## Plauti Comici Poetę Clariſſ. Bacchides Dimidiatę.

### Bacchides. Piſtoclerus.

QVid ſi hoc potius eſt vt taceas: ego loquar? Ba. lepide licet
Ba. Vbi me effugerit mēoria: ibi tu facito vt ſubucias ſo
B. Pol magis metuo mihi ī monēdo ne defuerit orō. (ror.
Ba. Pol ego quoq̄ metuo luſciniolę ne defuerit cantio.
Seq̄re hac. Pi. qd agūt duę germanę meretrices cognomines?]
Quid in concilio cōſuluiſtis? Ba. bn̄ pol. Pi. haud meretricū eſt.
Ba. Miſerius nihil eſt quam mulier. Pi. quid eſſe dicis dignius?
Ba. Hęc ita me orat: ſibi hominē reperiam.
Iſtoc milite vt vbi emeritū ſibi ſit: ſe vt reuehat domum.
Id amabo te huic caueas. Pi. qd iſti caueā? Ba. vt reuehat domum;
Vbi ei dederit operas: ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi.
Nam ſi hic habeat aurum: quod illi renumeret: faciat lubēs.
Pi. Vbi nūc is hō ē? Ba. iā hic credo aderit: ſ; hoc idē apud nos re
Poteris agere: atq; is dū veniat ſedēs hic opperibere. (ctius
Eadē bibes. eadē dedero tibi: vbi biberis ſauium.
Pi. Viſcus merus vr̄a eſt blādicia. Ba. qd iā? Pi. qa em̄ intelligo.
Duę vnum expetitis palumbē. parua hirundo alas verberat.
Non ego iſtuc facinus mihi mulier conducibile eſſe arbitror.
Ba. Qui amabo? Pi. qa bacchis bacchas metuo & bacchanal tuū.
Ba. Quid eſt ꝙ metuis? ne tibi lectus maliciam apud me ſuadeat?
Pi. Magis illectum tuum quam lectum metuo. mala tu es beſtia.
Nam huic ætati non cōducit mulier latebroſus locus.
Egomet apud me quid ſtulte facere cupias prohibeam. Ba. ſed
Ego apud me te eſſe ob eam rē miles cum veniat volo:
Quia cum tu aderis: huic mihiq; haud faciet quiſquam iniuriā.
Tu prohibebis: & eadē opera tuo ſodali operam dabis.
Et ille aduenieńs tuā me eſſe amicā ſuſpicabitur.

Quid amabo obticuiſti? Pi.quia iſtæc lepida ſunt memoratu.
Eadē in vſu atq; vbi periculum facias:aculeata ſunt.
Animum fodicant. bona diſſimulāt facta:& famā ſauciant.
Apage a me apage.B.ah nimū fer⁹ eſ.P.mihi ſū.B.malaciſſād⁹ eſ
Quid ab hac metuis?Pi.qd ego metuā rogitas? homo adoleſcēs
Penetrare huiuſmodi in paleſtrā.vbi damnis deſudaſcitur.
Vbi pro diſco damnum capiā.pro curſura dedecus.
Ba. Lepide memoras.Pi.vbi ego capiā pro machera turturē.
Vbiq; imponāt in manu alius mihi pro ceſtu cātharum.
Pro galea ſcafium.pro inſigni ſit corolla plectilis.
Pro haſta talus.pro lorica malachum capiā pallium.
Vbi mihi pro equo lectus detur.ſcortum pro ſcuto accubet.
Apage a me apage.B.ah nimiū fer⁹ eſ.P.mihi ſū.B.malaciſſād⁹ eſ
Equidē tibi dabo hāc operā.Pi.at nimiū precioſa es operaria.
Ba. Simulato me amare.Pi.ve℞ ego iocō adſimulē iſtud an ſerio?
Ba. Eia hoc agere melius.miles cum huc adueniat volo.
Me amplexari quidem opus eſt:vt ille te videat volo.
Scio.qd ago.Pi.& pol ego ſcio qd metuo.ſed qd ais?Ba.quid eſt?
Pi. Quid ſi apud te veniat deſubito prādium aut potatio
Forte aut cœna:vt ſolet in iſtis fieri conciliabulis:
Vbi ego tū adcūbā? Ba.apud me mi aīe: vt lepidus cum lepida ac
Locus hic apud nos q̄ vis ſubito venias: ſemp liber eſt. (cūbat.
Vbi tu lepide voles eſſe tibi mea roſa mihi dicito.
Dato qui bene ſit.ego vbi bene ſit tibi locum lepidum dabo.
Pi. Rapidus fluuius eſt hic. non hac temere trāſiri poteſt.
Ba. Atq; ecaſtor apud hunc fluuium aliquid pdundum eſt tibi.
Manum da.conſequere? Pi.aha minime? Ba.qd ita?
Pi. Quia iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt.nox.mulier.vinum
Homini aduleſcētulo.Ba.age igitur equidem
Pol nihil facio niſi cauſa tua:ille quidem hāc abducet.
Tu nullus adfueris ſi non lubet?Pi.ſum ne autem nihili:
Qui nequeā ingenio moderari meo.Ba.quid eſt quod metuas?
Pi.Nihil ē.nūc ego mulier tibi me emācupo.tu⁹ ſū.tibi dedo opā.
B.Lepid⁹ es.nūc ego te facerē hoc volo. ego ſorori meę cœnā ho=
Dari volo viaticā.ego tibi argētū iubebo iā it⁹ efferre foras. (die
Tu facito ſit nobis obſonatum opulentum obſonium.
Pi. Ego obſonabo.Ba.nā id flagitium meum ſit mea te gr̄a
Et operā dare mihi:& ad eā operā facere ſumptum de tuo.

Pi .At ego nolo dare te quicquã.ſine.Ba.ſino quidem ſi lubet.
Propera amabo.Pi.prius hic adero quã te amare deſinã.
Ba. Bñ me accipis aduenientẽ mea ſoror.Ba.quid ita obſecro?
Ba. Quia piſcatus meo quidẽ hic tibi hodie euenit bonus.
Ba. Meus qdẽ ille eſt:tibi nunc operã dabo de mneſiloco ſoror:
Vt hinc accipias potius aurum:quã hinc eas cum milite.
Ba. Cupio.Ba.dabitur opa.aqua calet.eamus hĩc ĩtro vt laues.
Nã vt e naui vecta es:credo timida es.Ba.aliquãtum ſoror.
Ba. Simul hic neſcio quid turbę eſt.quin hinc decedamus.
Sequere hac igitur me intro in lectum:vt ſedes laſſitudinem.

Lydus ſeruus. Piſtoclerus adoleſcens.

IAmdudum piſtoclere tacitus te ſequor:
Spectãs quas tu res hoc ornatu geras.
Nã ita me dii ament:vt lycurgus mihi quidem videtur
Poſſe hic ad nequitiã adducier.
Quo nunc capeſſis te hinc aduerſa via
Cum tãta pompa?Pi.huc.Ly.quid huc?quis iſtic habet?
Pi. Amor.voluptas.venus.venuſtas.gaudiũ.iocus.ludus.ſmo.
Suauis ſuauiatio.Ly. qd tibi cõmercii eſt cũ diis damnoſiſſimis?
Pi. Mali ſunt hoĩes: qui bonis dicunt male.tu dis nec dicis recte:
Nec æquum facis.Ly.an deus eſt vllus ſuauis ſuauiatio?
Pi. An non putaſti eſſe vnquã?o lyde es barbarus.quẽ ego ſaperẽ
Nimio cenſui pluſquã thalem:is ſtultior es barbaro:
Qui tãtus natu deoꝝ neſcis noĩa.Ly. nõ hic placet mihi ornat⁹.
Pi. Nemo ergo tibi hoc appauit.mihi patum eſt cui placet.
Ly. Etiã me aduerſus exordire argutias:q ſi decẽ hẽas lĩguas mu
Eſſe addecet?Pi.non omnis ætas lyde ludo conuenit. (tum
Magis vnũ in mẽte eſt mihi:nunc ſatis vt cõmode pro dignitate
Obſonii hęc concuret coquus.Ly.iã perdidiſti te atq; me atq;
Operã meã:qui tibi nequicquã ſępe monſtraui bene.
Pi. Ibidẽ meã operã perdidi:vbi tu tuã.tua diſciplina
Nec mihi prodeſt nec tibi.Ly.operligatum pectus.
Pi. Odioſus mihi es.tace:ac ſequere lyde me.Ly.illuc ſis vide.
Non pędagogum iã me:ſed lydum vocat.Pi.non par
Videtur neq; ſit conſentaneum:cum hic intus ſit:& cum amica
Accubet:cunq; oſculetur:& cõuiuę alii accubẽt: pręſentibus illis
Pędagogus vna vt ſit.Ly.an hoc ad eas res obſonatũ eſt obſecro?
Pi. Sperat qdẽ aĩus.quo eueniat diis in manu eſt.Ly.tu amicã

Habebis?Pi.cum videbis:tum ſcies.Ly.immo neq; habebis:
Nec ſinam.iturus ſum domum.Pi.omitte lyde:ac caue malo.
Ly. Quid caue malo?Pi.iā exceſſit mihi ætas ex magiſtratu tuo.
Ly. O barathrum vbi nunc es:vt ego te vſurpē lubens.
Video nimio iam multo pluſquā voluerā.
Vixiſſe nimio ſatius eſt quam viuere.
Magiſtro quemquam diſcipulum minitarier?
Nihil moror diſcipulos mihi eſſe
Iam plenos ſanguinis.calens afflictat me vacuum virium.
Pi. Eia nunc eſſe ego opinor hercules:tu autē linus.
Ly. Pol metuo magis ne phœnix tuis factis fiam:
Teq; ad patrē eſſe mortuum renunciē.Pi.ſatis hiſtoriarum eſt.
Ly. Hic vereri pdidit cōpēdiū.ædepol haud ꝑtati obtapile feciſti:
Cū iſtāc nactus es īpudētiā.occiſus hic hō ē. ecqd ī mēte eſt tibi
Patrē tibi eſſe?Pi.tibi ego:an tu mihi ſeruus es?
Ly. Peior magiſter te iſtęc docuit:nō ego.nimio es tu ad iſtas res
Diſcipulus docilior:q̄ ad illa q̄ te docui:vbi operā perdidi.
Pi. Iſthactenus tibi lyde libertas data eſt orōnis.ſatis eſt.ſeq̄re
Me:ac tace.Ly.ædepol feciſti futurum ætati malum:
Quum iſtęc flagitia me celauiſti & patrē.

Chryſalus ſeruus.

HErilis patria ſalue:quam ego biennio
Poſtquam hinc in epheſum abii conſpicio lubens.
Saluto te vicine appollo:qui ædibus propinquus nr̄is accolis:
Venero que te:ne nicobulum me ſinas noſtrum ſenē
Prius conuenire:quam ſodalem viderim (bacchide.
Mneſilochi piſtoclerꝶ: quē ad ep̄la; mneſilochus miſit ſup amica

Piſtoclerus adoleſcens. Seruus chryſalus.

MIrum eſt vt redeam te opere tanto quærere:
Qui abire hinc nullo pacto poſſim ſi velim:
Ita me vadatum amore vinctumq; attines.
Ch. Proh dii īmortales piſtoclerū cōſpicor.o piſtoclere ſalue.
Pi. Salue chryſale.Ch.compēdio verba multa iam faciā tibi.
vēiſſe tu me gaudes.ego credo tibi.hoſpitiū & cœnā pollicer̄ vt cō
Peregr̄ aduēiēti.ego āt vētuꝶ adnuo. ſalutē tibi ab ſodali (uenit
Solidam nuncio.rogabis me vbi ſit.viuit.Pi.nempe recte valet?
Ch. Iſtuc volebam ego ex te percontarier.Pi.q ſcire poſſum?

Ch. Nullus plus. Pí. quemadmodum? Ch. qa ſi illa
Inuenta eſt: quam ille amat: viuit & recte valet. ſi non inuenta eſt:
Minus valet: moribunduſq; eſt. anima eſt amica amātí.
Si abeſt: nullus eſt. ſi adeſt: re nullus eſt: ipſus eſt neq̄ & miſer.
Sed tu quid factitaſti mādatis ſuper? Pi. ego? vt quid ab illo
Attuliſſet nuncius: non impetratum id aduenienti redderē.
Regiones colere mauellē acherunticas. Ch. eo an
Inueniſti bacchidē? Pi. ſamiam quidē. Ch. vide
Queſo ne quis tractet illā indiligēs. ſcis tu vt confringi vas cito
Samium ſolet. Pi. iam ne vt ſoles? Ch. dic vbi ea nunc eſt
Obſecro? Pi. hic exeuntē me inde aſpexiſti modo.
Ch. Vt iſtuc ē lepidū: ꝓxīe vnice hītat. ecqdnā memīt mneſilochi?
Pi. Rogas immo vice vnum plurimi pendit. Ch. pape.
Pí. Immo vt eū credis: miſera amās deſiderat. Ch. dictum iſtuc.
Pí. Immo chryſale hem non tantillū vnquam intermittit tēpus:
Quin eum nominet. Ch. tanto hercle melior bacchis.
Pí. Immo. Ch. immo hercle abiero potius. Pí. nun inuitus
Rē bñ geſtam audis heri? Ch. non herus ſed actor mihi
Cor odio ſauciat. etiā epidicū quā ego fabulā æque ac me ipſum
Amo: nullā æque inuitus ſpecto: ſi agit pelio. ſed bacchis etiā
Fortis tibi viſa eſt? Pí. rogas? ni nactus venerē eſſem: hanc
Iunonē dicerē. Ch. ædepol mneſiloche vt hāc rē natā eē ītelligo:
Quod ames paratum eſt: quod des inuēto eſt opus.
Nam iſtic fortaſſe aureo eſt opus. Pí. philippęo quidē.
Ch. Atq; eo fortaſſe iam opus eſt? Pí. immo etiā prius.
Nam iam huc adueniet miles quidē: qui de amittenda
Bacchide aurum hic exigit. Ch. veniat quando vult.
Atq; ita ne ſibi ſit morę domi eſt: nō metuo: nec cuiq̄ ſupplico.
Dum qdem hoc valebit pectus perfidia meum. abi intro.
Ego hic curabo. tu intus dicito nunc mneſilocū adeſſe bacchidi.
Pí. Faciam vt iubes. Ch. negocium hoc ad me attinet aurarium
Mille & ducētos philippos attulim⁹ aureos epheſo: quos hoſpes
Debuit noſtro ſeni. īde ego hodie aliquā machinabor machinā.
Vnde aurum efficiam amanti herili filio.
Sed foris concrepuit noſtra. qui nam exit foras?

Nicobulus ſenex. Chryſalus ſeruus.

IBo in pireum. viſam ecq̄ aduenerit ī portū ex epheſo nauis
Mercatoria. nā me⁹ formidat aīus noſtrum tā diu ibi deſidē

Neq; redire filium.Ch.extexã ego illum pulchre iã
Si dii volunt.haud dormitãdum eſt.opus eſt chryſo chryſale.
Adibo hunc quẽ quidẽ ego hodie faciã hic arietẽ phryxi:itaq;
Tõdebo auro vſq; ad viuã curẽ.ſeru9 ſalutat nicobulũ chryſalus.
Ni. Proh dii immortales chryſale vbi mihi eſt filius? Ch.quin tu
Primum ſalutẽ reddis quã dedi? Ni.ſalue.ſed vbi nã eſt
Mneſilochus? Ch.viuit.valet.Ni.venit ne? Ch.venit.
Ni. Euax aſperſiſti aquam bñ ne vſq; valuit?
Ch. Pãcratie atq; athletice.Ni.quid hoc qua cauſa eum
In epheſum miſerã:accepit ne aurũ ab hoſpite archidemide?
Ch. Heu cor meum & cerebrũ nicobule finditur:iſtius homĩs
Vbi fit quaq; mentio.tu hoſpitẽ illum nominas hoſtẽ tuum?
Ni. Quid ita hercle obſecro? Ch.quia ædepol certe ſcio?
Vulcanus.ſol.lũa. dies dei q̃ttuor ſceleſtiorẽ nullũ illuxere alterũ.
Ni. Quem ne archidemidẽ? Ch.quem inq; ne archidemidẽ.
Ni. Quid fecit? Ch.quid non fecit:quin tu id me roges?
Primum dum inficias ire cœpit filio:negare ſe debere tibi obolũ:
Cõtinuo antiquũ hoſpitẽ nr̃z ſibi mneſiloc9 aduocauit pelagonẽ
Senẽ.eo preſente homini extẽplo oſtẽdit ſymbolum:quẽ tu te
Dederas ad eum vt ferret filio.Ni.quid vbi ei oſtẽdit
Symbolum? Ch.infit dicere adulterinum: & nõ eũ eſſe ſymbolũ.
Quotq; inocẽti ei dixi cõtũelias?adulterarĩ eũ aiebat reb9 ceteris.
Ni. Hẽt ne aurũ:id mihi dici volo.Ch.poſtquã quidẽ pretor
Recuperatores dedit:damnatus demum vi coactus reddidit
Ducentos & mille philippum.Ni.tãtum debuit.
Ch. Porro & auſculta pugnam:quã voluit dare.
Ni. Etiã ne eſt quid porro? Ch.hem accipe.trina hec nũc erit.
Ni. Deceptus ſum.autolico hoſpiti aurum credidi.Ch.qn tu
Audi? Ni.immo ingenium auidi haud pernorã hoſpitis.
Ch. Poſtquã aurum abſtulimus: in nauẽ conſcendimus domũ
Cupientes:forte vt adſedi inſtega: dum circunſpecto: atq;
Ego lẽbum conſpicor:longum eſt rigorẽ maleficum exornatier.
Ni. Perii lẽbus ille mihi lædit latus.Ch.is erat
Communis cum hoſpite & predonibus.Ni.adeon me fuiſſe
Fungũ? vt q̃ illi crederẽ:cũ mihi ipſum nomẽ ei9 archidemidis
Clamaret adẽptuꝝ eſſe:ſi qđ crederẽ? Ch.is lẽbus noſtre naui
Inſidias dabat.occœpi ego obſeruare eos:quã rẽ gerant.
Interea e portu noſtra nauis ſoluitur.vbi portu eximus: homies

Remulco ſequi:neq̨ aues:neq̨ vẽti citius:quoniam ſentio
Queres gereretur:nauẽ extẽplo ſtatuim⁹. quom videt
Nos ſtare:occœperunt ratẽ turbare in portu. (recipimus.
Ni. Aedepol mortalis malos.qd deniq̨ agitis? Ch.rurſũ ĩ portũ
Ni. Sapienter factum a vobis.qd illi poſtea? Ch.reuerſionẽ ad te
rram faciunt veſperi.
Ni.Au℞ hercle auferre voluere.ei rei opa̧ dabãt.Ch.nõ me feſe
Sẽſi.eo examinatus fui cum vidimus aureo inſidias fieri. (llit.
Capimus cõſiliũ cõtinuo. poſtridie auferim⁹ au℞ oẽ illis p̃ñtib⁹
Palã atq̨ apte:vt illi id factũ ſciſcerẽt.Ni.ſcite hercle.cedo qd illi?
Ch. Triſtes illico cum extẽplo a portu ire nos cum auro vidẽt.
Subducunt lẽbum capitibus quaſſantibus. nos apud theotimũ
Omne aurum depoſuimus:qui illic ſacerdos eſt dianę epheſię.
Ni. Qui iſtic theotim⁹ ẽ?Ch.megaloboli fili⁹. q nũc ĩ epheſo eſt
Epheſis cariſſimus.Ni.nę ille hercle mihi ſit multo tanto carior:
Si me illo auro tanto circũduxerit.Ch.quin in ipſa æde dianę
Conditum eſt.ibidẽ publicitus ſeruãt.Ni.occidiſtis me.nimio
Hic p̃uati ſuaretur recti⁹.ſed nihil nã attuliſtis inde auri domũ?
Ch.Immo etiã.verũ q̃ntũ attulerit neſcio.Ni.qd neſcis? (credeř
Ch.Quia mneſiloch⁹ noctu clãculũ p̃ucit ad theotimũ.nec mihi
Nec cuiq̨ ĩ naui voluit.eo ego neſcio q̃tulũ attulerit: verũ haud
Permultum attulit.Ni.etiã dimidium cẽſes? Ch.non ædepol ſcio:
Verũ haud opinor.Ni.fert ne partẽ tertiã?Ch.non hercle opĩor.
Verum neſcio.profecto de auro nihil ſcio:niſi neſcio.
Nę tibimet illuc naui capiundũ eſt iter: vt illud reportes aurum
Ab theotimo domũ.atq̨ he⁹ tu.Ni.qd vis?Ch.anulũ gnati tui
Facito vt memineris ferre.Ni.quid opus eſt anulo?Ch.qa id
Signum eſt cum theotimo:q eum illi affert: ei aurum vt reddat.
Ni. Meminero:& recte mones. ſed diues ne eſt iſtic theotimus?
Ch. Etiam rogas q auro habebat ſoccis ſubpactum ſolum?
Ni. Cur ita faſtidit? Ch.tãtas diuitias hẽt.neſcit qd faciat auro.
Ni. Mihi dederit velim.ſed q p̃ñte id aurũ theotimo datũ eſt?
Ch. Populo p̃ñte.nullus eſt epheſi qn ſciat.Ni.iſtuc ſapienter
Saltẽ fecit filius:quum diuiti homini id aurũ ſeruandum dedit.
Ab eo licebit quamuis ſubito ſumere?
Ch. Immo hem tantiſper nunquam remorabitur:
Quin habes illud quo dic illuc veneris.
Ni. Cenſebam me effugiſſe a vita maritima:

Ne nauigatẽ tandem hoc ætatis ſenex.
Id mihi vtrum velim licere intelligo:
Ita bellus hoſpes fecit archidemides.
Vbi nunc eſt ergo meus mneſilocus filius?
Ch. Deos atq; amicos iit ſalutatum ad forum.
Ni. At ego hic ad illũ: vt cõueniã quantũ põt.
Ch. Ille eſt oneratus recte: & plus iuſto vehit.
Exorſa hęc tæla non male eſt omnino mihi
Vt amantẽ herilẽ copẽ facerẽ filium:
Ita feci: vt aurum quantum vellet ſumeret.
Quantum autẽ lubeat reddere: vt reddat pr͞i.
Senex in epheſum ibit aurum accerſere.
Hic noſtra agetur ætas in malachum modum
Siquidẽ hic relinq̃t: nec ſecum abducet ſenex
Me & mneſilochum. quas hic turbas dabo.
Sed quid futurũ eſt: cum hoc ſenex reſciuerit?
Quom ſe excucurriſſe illuc fruſtra ſciuerit?
Noſq; aurum abuſos quid mihi fiet poſtea?
Credo hercle aduenięs nomẽ mutabit mihi:
Facietq; extẽplo cruciſalum me ex chryſalo.
Aufugero hercle: ſi magis vſus venerit.
Si ero reprehẽſus macto ego illũ infortunio.
Si illi ſunt virgę ruri: at mihi tergum domi eſt.
Nunc ibo herili filio hanc fabricam dabo
Super auro amicaq; eius inuẽta bacchide.

Lydus ſeruus.

PAndite atq; aperite propere ianuam hanc orci obſecro.
Nam equidẽ haud aliter eſſe duco quippe cui nemo aduenit
Niſi quẽ ſpes reliquere omnes: eſſe vt frugi poſſiet.
Bacchides non bacchides: ſed bacchę ſunt acerrimę.
Apage iſtas a me ſorores: quę omnium ſorbẽt ſanguinẽ.
Omnis ad perniciẽ inſtructa domus optime atq; opipare.
Quę vt aſpexi: me contuli protinam in pedes.
Ego ne vt cluſa geſtẽ clanculum? vt celem patrẽ
Piſtoclere tua flagitia aut damna aut diſpoliabula.
Quibus patrẽ & me teq; amicoſq; omnes affectas tuos
Ad probrum. damnum., flagitium apellere vna & perdere.
Neq; mei neq; te tui intus puditum eſt factis quę facis

Quibus tuum patrē mecꝫ vna amicos affines tuos
Tua infamia feciſti geruli figulos flagitii.
Nunc priuſquā malum iſtoc adis: certum eſt iam dicam patri.
De me culpam hanc demo. ibo iam & ſeni faciam palam:
Vt eum ex lutulēto cœno propere hinc eiiciat foras.

Mneſilochus adoleſcens.

MVltis modis meditat⁹ egomet mecū ſum. & ita eſſe arbitror
Homini amico qui eſt amicus: ita vti nomē poſſidet:
Niſi deos ei nihil prçſtare. id opera expertus ſum eſſe ita.
Nam vt ī epheſum hinc abii: hoc factū eſt ferme. ab hinc biēnium
Ex epheſo huc ad piſtoclerum ſodalē meum litteras
Miſi amicam vt mihi inueniret bacchidē. illum intelligo
Inueniſſe: vt ſeruus meus mihi nunciauit chryſalus.
Condigne is quā technam de auro aduerſum meum facit patrē:
Vt mihi amanti copia eſſet. ſed eccum video incedere.
Nam pol quidē meo animo ingrato homine nihil impēſius eſt.
Malefactorē amitti ſatius: quam relinqui bn̄ficium.
Nimio prçſtat impēdioſum te qua ingratum dicier.
Illum laudabunt boni. hoc etiam ipſi culpabunt mali.
Qua me cauſa magis eū curare abeſſe ea: cū obiurgato eſt opus.
Nunc mneſiloche ſpecimē ſpecitur. nunc certamē cernitur:
Sis ne nec ne: vt eſſe oportet malus bonuſcꝫ cuiuſmodi
Iuſtus. iniuſtus: malignus. largus: commodus: incommodus.
Caue ſis te ſuperare ſeruum ſinas faciundo bn̄:
Vt eris moneo. haud celabas. ſed eccos video incedere
Patrē ſodalis & magiſtrum. hinc auſcultabo quam rē agant.

Lydus ſeruus. Philoxenes. Mneſilochus adoleſcēs.

NVnc experiar ſit ne acetum tibi cor acre in pectore.
Sequere. Ph. quo ſequar? quo ducis nunc me? Ly. ad illam
Quç tuum pdidit: peſſundedit tibi filium vnicum.
Ph. Eia lyde leniter qui ſçuiunt: ſapiunt magis.
Minus mirandum eſt illçc ætas ſi quid illorum facit:
Quam ſi non faciat. feci ego iſtçc itidē in adoleſcētia.
Ly. Hei mihi hei mihi iſtçc illum perdidit aſſentatio.
Nam abſcꝫ te eſſe: ego illum haberē rectū ad ingenium bonum.
Nunc propter te tuamcꝫ paruus factus eſt fidicinam
Piſtoclerus. Mn. dii immortales, meum ſodalē

Hic nominat.quid hoc negocii eſt:piſtoclerum lydus quod
Herum tam ciet?Ph.pauliſper lyde eſt libido
Homini ſuo animo obſequi.iam aderit tēpus:cum ſeſe etiam
Ipſe oderit.morē geras: dum caueatur prẹter æquum
Ne quid delinquat ſine.Ly.non ſino.neq; equidē illum
Me viuo corrūpi ſinā.ſed tu q tā pro corrupto dicis cauſam filio:
Eadē ne erat hẹc diſciplina:quom tu adoleſcēs eras?
Nego tibi hoc annis viginti fuiſſe primis copiẹ
Digitum longe pẹdagogo pedē ne efferes ex ædibus
Ante ſolē exorientē niſi in palẹſtram veneras:
Gymnaſii prẹfecto haud mediocris pœnas penderes.
Idq; obtigerat. hoc etiam ad malum arceſebatur malum
Et diſcipulus & magiſter perhibebantur improbi.
Ibi curſu luctando.haſta.diſco.pugilatu.pila.ſaliendo ſeſe
Execerbāt magis q̄ ſcorto aut ſauiis.ibi ſuam ætatē extundebāt:
Non latebroſis locis.inde hippodromo & palẹſtra.vbi
Reuēiſſes domū:cīcticulo prẹcinct⁹ i ſella apud magr̄m aſſideres.
Tū librū legeres.ſi vnā peccauiſſes ſyllabā:fieret coriū tā maculo
Quā eſt nutricis palliū.Mn.propter me hẹc nūc meo ſodali (ſū:
Dici diſcrucior miſer.inocēs ſuſpicionē hanc ſuſtinet cauſa mea.
Ph. Alii lyde nunc ſunt mores.Ly.id equidē certe ſcio.
Nam olim populi prius honorē capiebat ſuffragio:q̄ magiſtro
Deſinebat eſſe dicto obediens.at nunc priuſquā ſeptuennis eſt:
Si attigas eū manu:extēplo puer pẹdagogo tabula dirūpit caput.
Cū patrē adeas poſtulatū:puero ſic dicit pater. noſter eſto dū te
Poteris defenſare.iniuria prouocatur pẹdagogus.eho ſenex
Minimi precii ne attingas puerum.iſta cauſa quādo fecit ſtrenue:
Id magiſter quaſi lucerna vncto expletus linteo.itur illinc
Iure dicto.hoccine hic pacto poteſt inhibere īperium magiſter:
Si ipſus primus vapulet?Mn.acris poſtulatio hẹc eſt.
Cū hui⁹ dicta itelligo:mira ſūt ni piſtocler⁹ lydū pugnis cōtuderit.
Ph. Sed quis hic eſt quē aſtantem video ante oſtium?
Ly. O philoxene deos ꝓpitios me videre q̄ illū mauellē mihi.
Ph. Quis illic eſt?Ly.mneſilochus gnati tui ſodalis piſtocleri
Haud conſimili ingenio:atq; ille eſt:qui in lupanaria accubat.
Fortunatum nicobulum: qui illum produxit ſibi.
Ph. Saluus ſis mneſiloche.ſaluum te aduenire gaudeo.
Mn. Dii te donēt philoxene.Ly.hic eñ rite productus eſt patri.

In mare it.rem familiarē curat.cuſtodit domum.
Obſequens obediensq; morę atq; imperiis patris.
Hic ſodalis piſtoclero iam puer puero fuit.
Triduum non intereſt ætatis vter maior ſiet.
Verum ingenium plus triginta annis maius eſt quam alteri.
Ph. Caue malum:& compeſce in illum dicere iniuſte.
Ly. Tace.ſtultus es:qui illi mala ægre patere dici:qui facit.
Nam illum meum malum promptare malim quā peculiū.
Ly. Qui dum?Ly.quia malū ſi prōptet: in dies faciat minus.
Mn. Quid ſodalē meū caſtigas lyde diſcipulum tuū?
Ly. Periit tibi ſodalis.Mn.ne dixeris.Ly.ſic eſt vt loquor.
Cum ego peribat vidi:non ex audito arguo.
Mn. Quid factū ē?Ly.meretricē indigne depit.Mn. nō tu taces?
Ly. Atq; acerrime viros ea abſorbet:vbi quęq; attigit.
Mn. Vbi ea mulier habitat?Ly.hic.Mn. vnde eam eſſe aiunt?
Ly. Ex ſamo.Mn.quę vocatur?Ly.bacchis.
Mn. Erras lyde.ego omnem rem ſcio quemadmodum eſt.
Tu piſtoclerum falſo atq; inſontem arguis.
Nam ille amico & beneuolenti ſuo ſodali ſedulo
Rem mandatam exequitur. ipſus nec amat:nec tu creduas.
Ly. Ita ne oportet rem mandatam gerere amici ſedulo?
Et ipſus in gremio oſculantē mulierē teneat ſedens?
Nullo pacto res mandata poteſt agi: niſi identidē
Manus ferat ad papillas?labra a labris nuſquam auferat?
Nam alia memorare:quę illum facere vidi:diſpudet:
Cum manum ſub veſtimenta ad corpus tetulit bacchidi
Me pręſente:neq; pudere quicquam.qd verbis opus eſt?
Mihi diſcipulus tibi ſodalis periit huic filius.
Nam ego illum periſſe duco:cui quidē periit pudor.
Quid opus eſt verbis?ſi opperiri vellē pauliſper modo:
Vt opinor illius inſpectandi mihi eſſet maior copia:
Plus vidiſſem quā deceret:quam me atq; illo æquum foret.
Mn. Perdidiſti me ſodalis.ego ne illam mulierē
Capitis non perdam?perire me malis malim modis.
Satin vt quē tu habeas fidelē:aut cui credas neſcias.
Ly. Viden vt ægre patitur gnatum eſſe corruptum tuū
Suum ſodalem:vt ipſus ſeſe cruciatur ęgritudine?
Ph. Mneſiloche hoc tecū oro:vt illius animū atq; īgeniū regas.

Serua tibi ſodalem:& mihi filium.Mn.factum volo.
Ph. In te ergo hoc onꝰ oē īpono lyde ſeq̄re hac me.Ly.ſequor.
Melius eſſet me quoq; vna ſi cum illo relinqueres.
Ph. Adfatim eſt mneſiloche.cura & caſtiga hominē probe.
Qui dedecorat te:me:amicos atq; alios flagitiis ſuis.

Mneſilochus adoleſcēs.

A'Miciorē nunc vtrū credā magis ſodalē ne eſſe: au bacchidē
. Incertū eſt admodū. illū exoptauit potius.habeat,opertū ē.
Nę illa illud hercle cum malo fecit ſummo meo.
Nam mihi diuini nunquā quiſquā creduat:
Ni ego illam exemplis plurimis planeq; amo.
Ego faxo haud dicet nactam:quę derideat.
Nam iam domū ibo:atq; aliquid ſubripiam patri.
Id iſti dabo ego.iſtanc multis vlciſcar modis.
Adeo ego illam cogam:vſq; vt mēdicet meus pater.
Sed ſatin ego animum mēte ſyncera gero:
Qui ad hunc modum hęc hic quę futura fabulor?
Amo hercle opinor:vt pote quod pro certo ſciam.
Verum quam illa vnquam de mea pecunia
Ramēta fiat plumbea propēſior:
Mēdicum malim mēdicando vincere.
Nunquam ædepol viua me irridebit.nam mihi
Decretum eſt renumerare iam omne aurum patri,
Igitur mihi inani atq; inopi ſublandibitur:
Tū cū mihi nihilo pluris referet: q̄ ſi ad ſepulchra mortuo dicat
Sed anteq̄ illa vnq̄ meis opulētiis ramēta fiat grauior. (iocū.
Aut propēſior:mori me malim excruciatum inopia.
Profecto ſtabile eſt me patri aurum reddere.eadē exorabo
Chryſalo mea cauſa pater ne noceat neu quid ei ſubcēſcat
Mea cauſa de auro quod eum ludificatus eſt.nam illi æquum eſt
Me conſulere qui cauſa mea mēdatiū dixit.vos me ſequimini.

Piſtoclerus.

REbus aliis anteuortā bacchis q̄ mandas mihi:mneſilochum
Vt requiram:atq; vt eum mecū ad te adducā ſimul.
Nam illud animus meus miratur:ſi a me tetigit nuncius:
Quid remoratur.ibo & viſam huc ad eum:ſi forte eſt domi.

Mneſilochus. Piſtoclerus.

REddidi patri omne aurum.nunc ego illã me velim cõuenire:
Poſtquã inanis ſum:cotẽptricẽ meã. ſe d veniam mihi
Quã grauate pater dedit de chryſalo. verũ poſtremo impetrauit:
Vt ne quid ei ſubcẽſeat.Pi.eſtne hic meus ſodalis?
Mn. Eſt ne hic hoſtis quẽ aſpicio meus?Pi.certe is eſt.
Mn. Is eſt adibo contra:& tollã gradũ.Pi.ſaluus ſis mneſiloche.
Mn. Salue.Pi.ſaluus cum peregre aduenis.cœna detur
Mn. Non placet mihi cœna quę bilẽ mouet.Pi.num quę
Aduenienti ægritudo obiecta eſt?Mn.atq; acerrima.
Pi. Vnde?Mn.ab homine quẽ mihi amicum eſſe
Arbitratus ſum ante hęc. Pi.multi more iſto atq; exẽplo
Viuunt:quos cũ cẽſeas tibi amicos:reperiuntur falſi teſtimoniis.
Lingua factioſi.inertes opa.ſublecta fide.nullus eſt q nõ ĩuideat
Rẽ ſecundã obtingere.ſibi ne inuideatur ipſi ignaui recte cauẽt.
Mn.ędepol nę tu illoꝝ mores pq̃ meditate tenes. ſed ẽt vnũ hoc
Ex ingenio malum inueniunt ſuo.
Nulli amici ſunt.inimicos ipſi in ſe omnis habent:
Atq; ſe cum fruſtrantur:fruſtrari alios ſtolidi
Exiſtimãt.ſicut eſt hic:quẽ eſſe amicum ratus
Ipſus ſum mihi ipſe quod in ſe fuit accuratum habuit:
Quod poſſet mali facere in me inconciliare
Copias omnis meas.Pi.improbum iſtuc eſſe oportet hominẽ.
Mn. Ego ita eſſe arbitror.Pi.obſequere hercle loquere quis eſt?
Mn. Bñ valẽs viuit tibi.nã ni ita eſſet:tecũ orarẽ:vt ei qđ poſſes
Male facere faceres.Pi.dic modo hominẽ qui ſit.ſi non fecero:
Ei male aliquo pacto me etiam dicito ignauiſſimũ.
Mn. Nequã hõ eſt.verũ hercle amicus eſt tibi.Pi.tanto magis
Dic quis eſt.nequã hominis ego paruipendo gratiã.
Mn. Video non poſſe.quin tibi eius nomẽ piſtoclere perdidiſti
Me ſodalẽ funditus.Pi.quid iſtuc eſt?Mn.quid eſt?
Miſi ne ego ad te ex epheſo epiſtolã ſup amica:vt mihi ĩuenires.
Pi. Fateor factũ & repperi.Mn.qui tibi non erat meretricũ aliaꝝ
Athenis copia:qb9 cũ haberes rẽ:niſi cũ illa quã ego mãdaſſẽ tibi?
Occiperes tu te amare:& me ires conſultum male?Pi.ſanun es?
Mn. Rẽ repperi omnẽ ex tuo magiſtro.ne nega.perdidiſti me.
Pi. Etiam ne vltro tuis me proiectas probris?quid clamas?
Mn. Bacchidẽ.Pi.duas ergo hic int9 eccas bacchides.M.qd duę?
Pi. Atq; ambas.Mn.loq̃ris nũc nugas.ſciẽs? Pi.poſtremo ſi pgis

Parum mihi fidē arbitrarier: tollam ego te in collum:
Atq; intro hinc auferā. immo. Mn. ibi mane.
Pi. Nō maneo. neq; tu me habebis falſo ſuſpectū. Mn. ſequor.
Paraſitus. Puer.
PAraſitus ego ſum hominis nequā atq; improbi militis:
Qui amicam ſecum auexit ex ſamo.
Nunc me ire iuſſit ad eam: & percontarier
Vtrum ne aurum reddat: an ne eat ſecum ſimul.
Tu dudum puer cum illa vſq; iſti ſimul
Quę harū ſunt ædes pulta. adi actutum ad fores.
Recede hinc dierecte: vt pulſat propudium.
Comeſſe panē tris pedes latum potes: fores pultare neſcis.
Ecquis his in ædibus eſt? heus ecquis hic eſt?
Ecquis hoc aperit oſtium? ecquis exit?
Piſtoclerus. Paraſitus.
QVid iſtuc? quę iſtęc eſt pulſatio? quę te mala crux agitat:
Qui ad iſtunc modū alieni iuris tui extentes oſtiū? fores
Pene effregiſti. quid nunc vis tibi? Pa. aduleſcens ſalue. Pi. ſalue
Sed quem quęritas? Pa. bacchidem.
Pi. Vtram ergo? Pa. nihil ſcio niſi bacchidem.
Paucis me miſit miles ad eam cleomachus.
Vel vt ducentos philippos reddat aureos:
Vel vt hinc in elatiam hodie eat ſecum ſimul.
Pi. Non it. negato eſſe ituram. abi & renuncia.
Alium illa amat: non illum. duc te ab ędibus.
Pa. Nimis iracunde. Pi. at ſcin quam iracundus ſiem:
Nę tibi hercle haud longe eſt os ab infortunio.
Ita dentifrangibula hęc meis manibus geſtiunt.
Pa. Cum ego huius verba interpretor: mihi cautio eſt:
Ne nucifrangibula excuſſit malis meis.
Tuo ego iſtęc igitur dicam illi periculo.
Pi. Quid ais tu? Pa. ego iſtuc illi dicam. Pi. dic mihi quis tu es?
Pa. Illius ſum integumentum corporis. Pi. nequam
Eſſe oportet: cui tu integumentum improbus es.
Pa. Sufflatus ille huc veniet. Pi. diruptum velim.
Pa. Nunquid vis? Pi. abeas celeriter. facto eſt opus.
Pa. Vale dentifrangibule. Pi. & tu integumentum vale.
In eum nunc hęc reuenit res locum: vt quid conſilii

Dem ſodali ſuper amica neſciam:
Qui iratus renumerauit omne aurum patri:
Neq́ꝫ nummus vllus qui reddatur militi.
Sed huc concedam: nam crepuerunt fores.
Mneſilochus eccum moeſtus progreditur foras.

Mneſilochus. Piſtoclerus.

PEtulans proteruo iracundo animo indomito incogitato
Sine modo & modeſtia ſum: ſine bono iure atq́ꝫ honore.
Incredibilis impoſq́ꝫ animi. inamabilis. inlepidus. viuo
Male volēte genio natus. poſtremo id mihi eſt quod volo.
Ego aliis incredibilie. hoc nequior nemo eſt. neq́ꝫ indignior
Quoi dii bn̄faciant. neq́ꝫ quē quiſq́ꝫ homo aut amet: vt adeat.
Inimicos quam amicos æquū eſt me habere malos quā bonos.
Permagis me iuuar̄ oīb⁊ ꝓbis q̄ꝫ īprobis viris dignuſt. dignior
Nullus ego homo: qui patri reddidi omne aurum amēs:
Quod fuit pręmanibus. ſum ne ego homo miſer?
Perdidi me atq́ꝫ opaꝫ chryſali. Pi. cōſolād⁊ hic mihi ē. ibo ad eū.
Mneſiloche quid fit? Mn. perii. Pi. dii melius faciant.
Mn. Perii. Pi. nō taces inſipiēs? Mn. taceam? Pi. ſan⁊ ſatis nō es.
M. Perii. multa mala mihi ī pectore nūc acria atq́ꝫ acerba eueniūt.
Crimini me habuiſſe fidē. immerito tibi iratus fui.
Pi. Eia bonum habe animum. Mn. vnde habeam? mortuus
Pluris preciiſt quam ego ſum. Pi. militis paraſitus modo venerat
Aurum petere. hinc eum ego meis dictis malis
Hinc forib⁊ repuli atq́ꝫ reieci hominē. Mn. quid mihi id prodeſt?
Quid faciam? nihil habeo miſer. ille quidē hanc abducet ſcio.
Pi. Si mihi nō eſt: nō polliceor. Mn. ſcio dares. noui. ſed niſi ames
Non habeam tibi fidē tantam. nunc agitas: ſat tute
Tuarum rerum ego ne opē mihi ferre putē poſſe inopē te?
Pi. Tace modo. deus ſecundus reſpiciet nos aliquis. Mn. nugę.
Pi. Mane. Mn. quid ē? Pi. tuam copiam eccā: chryſalum video.

Chryſalus ſeruus. Mneſilochus. Piſtoclerus adoleſcē.

HVnc hoīeꝫ decet auro expēdi. huic decet ſtatuā ſtatui ex auro.
Nā duplex hodie facinus feci: duplicibus ſpoliis ſum affectus.
Herum maiorē meum vt ego hodie luſi lepide. vt ludificatus eſt.
Callidū ſenē callidis dolis cōpuli & pepuli: mihi oīa vt crederet.
Nunc amāti hero filio ſecus: qui cū ego bibo: q cū edo: & amo:

Regias copias aureaſq; attuli: vt domo ſumeret: neu foris q̃reret.
Non mihi placent iſti parmenones ſyri: qui duas aut tres minas
Auferunt heris. nequius nihil eſt quã egens cõſilii ſeruus.
Niſi habet pect⁹ multipotẽs vbicũq; vſus ſiet pectore expromat
Nullus frugi eſſe poteſt homo: niſi q & bene & malefacere tenet.
Improbis cũ iprobus ſit. harpaget. furibus furetur: quod queat.
Verſipellẽ frugi conuenit eſſe hominẽ pectus cui ſapit.
Bonus ſit bonis. malus ſit malis. vt cũq; res ſit: ita animũ habeat.
Sed lubet ſcire q̃ntũ aurꝝ her⁹ ſibi dẽpſit: & qdẽ ſuo reddidit prĩ.
Si frugi eſt herculẽ fecit ex patre. decumam partẽ ei dedit.
Sibi nouẽ abſtulit. ſed quẽ quero optime ecce obuiam mihi eſt.
Num qui nummi exciderunt here tibi: ꝙ ſic terram obtuere?
Quid vos mœſtos tãq; triſtes eẽ cõſpicor? nõ placet nec temerẽ ẽ.
Etiã quin mihi reſpondetis. quia malum parum? Mn. ĩmo vero
Nimio min⁹ multo parũ chryſale occidi. Ch. fortaſſis tu auri
Dẽpſiſti parũ? quid igitur ſtulte quoniam occaſio ad eam rẽ fuit:
Mea virtute parta vt quantũ velles tãtũ ſumeres. ſi hoc digitulis
Duobus ſumebas prioribus. an neſciebas quã eiuſmodi
Homini raro tẽpus ſe daret? Mn. erras. Ch. at quidẽ tute
Erraſti: cũ parum immerſiſti ampliter. Mn. pol tu
Quam nunc me accuſes magis: ſi magis rẽ noueris.
Ch. Occidi. iam animus iſtoc dicto plus pręſagitur mali.
Mn. Perii. Ch. qd ita? Mn. quia patri omne cũ ramẽto reddidi.
Ch. Reddidiſti? Mn. reddidi. Ch. omne ne? Mn. omne oppido.
Ch. Occiſi ſum⁹. q in mẽtẽ venit tibi iſtuc facin⁹ facere tã malũ?
Mn. Bacchidẽ atq; hũc ſuſpicabar ꝓpter crimẽ chryſale me male
Conſuluiſſe. ob eam rẽ omne aurũ iratus reddidi meo patri.
Ch. Quid vbi reddebas aurũ: dixiſti prĩ? Mn. me id aurũ accepiſſe
Extẽplo ab hoſpite archidemide. Ch. hem iſtoc dicto dediſti
Hodie in cruciatum chryſalum. nã vbi me aſpiciet: ad carnificẽ
Rapiet continuo ſenex. Mn. ego patrẽ exoraui.
Ch. Nẽpe ergo hoc vt faceret: qđ loquor. Mn. ĩmo tibi ne noceat
Neu quid ob eam rẽ ſuccenſeat: atq; ægre impetraui.
Nunc hoc tibi curandum eſt chryſale. Ch. quid vis curem?
Mn. Vt ad ſenẽ etiam alterã facias viã. cõpara. fabricare. finge
Quod lubet. cõglutina: vt ſenẽ hodie doctũ docte fallas: aurumq;
Auferas. Ch. vix videtur fieri poſſe. Mn. ꝑge hac: facile hęc
Feceris. Ch. qua malũ facile quẽ mẽdacii pręhẽdit manifeſto

Modo.quē ſi orē vt mihi nihil credat: id non auſit credere?
Mn. Immo ſi audias quę dicta dixit me aduerſum tibi.
Ch. Quid dixit? Mn.ſi tu illū ſolē:ſibi ſolē eſſe dixeris:ſe illū lunā
Credere eſſe.& noctē qui nunc eſt dies.Ch.emungam
Hercle hominē probe hodie:ne id nequicquam dixerit.
Mn. Nūc quid nos vis facere.Ch.eñ nihil eſt:niſi vt ames ĩpero.
Cęterū quamlibet me poſcito aurum ego dabo.quid mihi
Refert chryſalo eſſe nomē:niſi factis probo.ſed nunc quātulum
Vſus eſt auri tibi mneſiloche dic mihi.Mn.militi nummis
Ducētis iam vſus eſt pro bacchide.Ch.ego dabo.
Mn. Tū nobis opꝰ eſt ſūptu.Ch.ah.placide volo vnū qđ agam?.
Hoc vbi egero:tū iſtuc agā.de ducētis nummis primum intēdam
Balliſtā in ſenē.& balliſta ſi peruortam turrim & propugnacula:
Recta porta inuadam extēplo in oppidum antiquum & vetus.
Si id capſo:geritote amicis nr̄is aurū.cor ſperat bonus ſi cui aīus.
Pi. Apud te eſt animus noſter chryſale.Ch.nunc tu abi intro
Piſtoclere ad bacchidē:atq; effer cito.Pi.quid?
Ch. Stilum ceras & tabellas & linum.Pi.iam faxo hic erunt.
Mn. Quid nūc es facturus:id mihi dice.Ch. coctum prandium
Vos duo eritis.atq; amica tua erit tecum tertia? Mn.ſicut dicis.
Ch. Piſtoclero nulla amica eſt.Mn.immo eſt. alteram ille amat
Sororē.ego alterā.ambas bacchides.Ch.quid tu loqueris?
Mn. Hoc vt futuri ſumus.Ch.vbi eſt biclinium vobis ſtratum?
Mn. Cur id exquęris?Ch.res ſi ita eſt dici volo.neſcis quid ego
Acturus ſim:neq; facinus quantum exordiar.Mn.cedo.
Manum ac ſubſequere prius me ad fores.intro inſpice.
Ch. Euax nimis bellus:atq; vt eſſe maxime optabam locus.
Pi. Quę imperauiſti imperatum bene bonis factum illico eſt.
Ch. Quid paraſti? Pi.quę parare tu iuſſiſti omnia.
Ch. Cape ſtilū propere:& tabellas tene has tibi.Mn.qd poſtea?
Ch. Quod iubeo:ſcribito iſtic.nam propterea volo ſcribere:
Vt pater cognoſcat litteras: quando legat.ſcribe.
Mn. Quid ſcribam? Ch.ſalutē tuo patri verbis tuis.
Pi. Quid ſi potius morbum aut mortē ſcribat:id erit rectius.
Mn. Ne interturba.iam imperatum in cera eſt.
Ch. Dic quemadmodum.Mn.mneſilochus ſalutem dicit
Suo patri.Ch.adſcribe hoc cito.chryſalus mihi vſq; quaq; loqtur
Nec recte pater: quia tibi aurū reddidi:& quia nō te fraudaueris.

Pi. Mane dum ſcribit. Ch. celerē oportet eſſe amatoris manum.
Pi. Atq3 idē hercle eſt perdundum: magis q̄ adſcribēdum citus.
Mn. Loq̄re hoc ſcriptum eſt. Ch. nunc pater mi proin tu ab eo
Vt caueas: tibi ſycophantias componit: aurum vt abs te auferat.
Et profecto ſe ablaturū dixit. plane adſcribito. Mn. dic modo.
Ch. Atq3 id pollicetur ſe daturū aurū mihi: quod dē ſcortis.
Quodq3 in luſtris comedim & congregē pater.
Sed pater tibi hodie verba det: queſo caue. Mn. loq̄re porro.
Ch. Adſcribe dum. Mn. etiā loq̄re: dum id ſcribam modo.
Ch. Sed pater quod promiſiſti mihi: id queſo vt memineris:
Ne illum verberes. verum apud te vinctum aſſeruato domi.
Cedo tu ceram ac linum actutum. age obliga. obſigna cito.
Mn. Obſecro quid iſtis ad iſtūc vſus es conſcriptis modum.
Vt tibi ne quid credat: atq3 vt vinctum te adſeruet domi.
Ch. Quia mihi ita lubet. potin vt cures te: atq3 ne parcas mihi.
Mea fiducia opus conduxi: & meo periculo rē gero.
Mn. Aequum dicis. Ch. cedo tabellas. Mn. accipe.
Ch. Animaduortite. mneſiloche: & tu piſtoclere iam facite
In biclinio cum amica ſua vterq3 accubitū eatis. ita negocium ē.
Atq3 ibidē vbi ſunt lecti ſtrati: potetis cito.
Pi. Nunquid aliud? Ch. hoc atq3 etiā vbi erit accubitum ſemel
Ne quoquam exurgatis: donec a me erit ſignum datum.
Pi. O imperatorē probum. iam bis bibiſſe oportuit.
Mn. Fugiamus. Ch. vos veſtrum curate officiū: ego efficiā meū.

Chryſalus.

INſanum magnum molior negocium:
Metuoq3 vt hodie poſſim emolirier.
Sed nunc truculento mihi atq3 ſeuo vſus ſene eſt.
Nam non cōducit huic ſycophantie ſenē tranquillum eſſe:
Vbi me aſpexerit. verſabo ego illum hodie: ſi viuo probe.
Tam frictum ego illum reddam quam frictum eſt cicer.
Adambulabo ad oſtium: vt quando exeat
Extēplo aduenienti tabellas dem in manu.

Nicobulus. Chryſalus.

NImio illec res eſt mane diuidie mihi
Subterfugiſſe ſic mihi hodie chryſalum.
Ch. Saluus ſum. iratus eſt ſenex. nunc eſt mihi
Adeundi ad hominē tēpus. Ni. hic quis loquitur prope.

Atq; hic quidẽ opinor chryſalus. Ch. acceſſero.
Ni. Bone ſerue ſalue. quid fit? quam mox nauigo in epheſeum:
Vt aurum repetam ab theotimo domum? taces?
Per omnes deos adiuro: vt ni meum gnatum tam amẽ:
Atq; ei facta cupiam: quę is velit: vt tua iam virgis latera
Lacerẽtur probe: ferratuſq; in piſtrino ætatẽ conteras.
Omnia reſciui ſcelera ex mneſilocho tua.
Ch. Men criminatus eſt? optime eſt. ego ſum malus.
Ego ſum ſacer. ſceleſtus. ſpectare modo ego verbum faciã.
Ni. Etiã carnifex minitare? Ch. noſces tu illũ actutũ
Qualis ſit. nunc haſce tebellas ferre me iuſſit tibi.
Orabat quod iſtic eſt ſcriptũ fieret. Ni. cedo.
Ch. Noſce ſignũ. Ni. noui. vbi ipſe eſt? Ch. neſcio.
Nihil iã me oportet ſcire. oblitus ſum omnia.
Scio me eſſe ſeruũ. neſcio etiam id quod ſcio.
Nunc ab traſenna hic turdus lumbricũ petit.
Pẽdebit hodie. pulchre ita intendi tenuſ.
Ni. Manedum parumper. iã ad te exeo chryſale.
Ch. Vt verba mihi dat. vt neſcio quam rẽ gerat.
Seruos arceſſit intus: qui me vinciant.
Bene nauis agitatur. pulchre hęc confertur ratis.
Sed conticeſcam: nam audio aperiri fores.

Nicobulus. Chryſalus.

COnſtringe tu illi arthamo actutum manus.
Ch. Quid feci? Ni. impinge pugnũ ſi mutiuerit.
Quid hę loquuntur litterę? Ch. quid me rogas?
Vt ab illo accepi: ad te obſignatas adtuli. Ni. eo tu
Loquitatus ne es gnato meo male per ſermonẽ:
Quia mihi id aurum reddidit: & te dixiſti id aurũ
Ablaturũ tamẽ per ſycophãtiã? Ch. ego ne iſtuc dixi?
Ni. Ita. Ch. qs homo eſt qui dicat me dixiſſe iſtuc?
Ni. Tace. nullus homo dicit. hę tabellę te arguunt:
Quas tu attuliſti. hę te vinciri iubent. Ch. aha
Bellerophontẽ iam tuus me fecit filius.
Egomet tabellas detuli vt vincirer. ſine.
Ni. Propterea hoc facio: vt ſuadeas gnato meo: vt pgręcetur tecũ
Ter venefice. Ch. o ſtulte ſtulte neſcis nunc vendi te.
Atq; in eo ipſo adſtas lapide: vbi pręco prędicat.

Ni. Reſponde quis me vendit? Ch. quē diligunt di.
Adoleſcēs moritur dum valet. ſentit. ſapit.
Nunc ſi vllus deus amaret plus annis decē:
Plus iam viginti mortuum eſſe oportuit.
Terrę odium ambulat. iam nihil ſapit.
Nec ſentit. tanti eſt: quanti eſt fungus putidus.
Ni. Tun terrę me odium eſſe autumas?
Abducite hunc intro: atq; aſtringite ad columnam fortiter.
Nunquam auferes hinc aurum. Ch. atqui iam dabis.
Ni. Dabo? Ch. atq; orabis me quidē vltro vt auferam:
Cum illum reſciſces criminatorem meum:
Quanto in periculo & quanta in pernicie ſiet.
Tum libertatē chryſalo largibere: ego adeo nunquā accipiam.
Ni. Dic ſcelerū caput: dic quo ī piculo eſt me⁹ mneſilochus fili⁹?
Ch. Sequere hac me. Ni. quo gentium? Ch. tres vnos paſſus.
Ni. Vel decē. Ch. agedum tu arthamo forē hanc pauxillum
Aperi placide. ne crepa. faxo iam ſcies. ſat eſt.
Accede huc tu. viden conuiuium? Ni. video
Ex aduorſum piſtoclerum & bacchidem. Ch. qui ſunt
In lecto illo altero? Ni. interii miſer. Ch. nouiſti ne hominē?
Ni. Noui. Ch. dic ſodes mihi bellan videtur ſpecie mulier?
Ni. Admodum. Ch. quid illam meretricē ne eſſe cenſes?
Ni. Quippe. Ch. fruſtraris. Ni. quis igitur obſecro eſt?
Ch. Inueneris. ex me quidē hodie nunquam fies certior.

Cleomachus. Nicobulus. Chryſalus.

MEam ne hic mneſilochus nicobuli filius per vim vt retineat
Mulierē? quę hęc factio eſt. Ni. quis ille eſt? Ch. per tēpus
Hic venit miles. Cl. non me arbitratur militē: ſed mulierē.
Qui me meoſq; non queā defendere. nā neq; bellona mihi vnq̄;
Neq; mars creduat: ni illum exanimalē faxo: ſi cōuenero.
Ni ve exhęredē fecero vitę ſuę. Ni. chryſale quis ille eſt:
Qui minatur filio? Ch. vir hic eſt illius mulieris qua cū accubat.
Ni. Quid vir? Ch. vir inquam. Ni. nupta eſt illa obſecro?
Ch. Scies haud multopoſt. Ni. oppido interii miſer. Ch. qd nūc
Sceleſtus tibi videtur chryſalus. age nūc vincito me auſcultato
Filio. dixin tibi illum inuenturum te qualis ſiet? Ni. quid nunc
Ego faciam? Ch. iube ſis me exolui cito. nam ni ego exoluor:
Iam manifeſto hominē opprimet. Cl. nihil eſt lucri quod

Me hodie facere mauelim: quā illū cubantē cum illa opprimere.
Ambo vt necē. Ch. audin quę loquitur: qn tu me exolui iubes?
Ni. Exoluite iſtum. perii. pertimui miſer. Cl. num illā quę corpꝰ
Publicat vulgo ſuum: faxo ſe haud dicat nactā quē derideat?
Ch. Paciſci cum illo paula pecunia potes. Ni. paciſcere ergo
Obſecro quid tibi lubet: dum ne manifeſto hominē opprimat.
Ne ve eniceat. Cl. nunc niſi ducenti philippi redduntur mihi:
Iam illorum ego animā amborū exorbabo oppido.
Ni. Hē illoc paſciſcere ſi potes. perge obſecro. paſciſcere qduis.
Ch. Ibo & faciam ſedulo. quid clamas? Cl. vbi herus tuus eſt?
Ch. Nuſquā. neſcio. vis tibi ducētos nūmos iam promitier:
Vt ne clamorē hic facias nec conuitiū? Cl. nihil eſt quod malim.
Ch. Atq; vt tibi mala multa ingeram? Cl. tuo arbitratu.
Ni. Vt ſublāditur carnifex. Ch. pater hic mneſilochi eſt. ſequere.
Is promittet tibi. tu eum rogato. cęterum verbū ſat eſt.
Ni. Quid fit? Ch. ducentis philippis rē pepigi. Ni. vah ſalus
Mea ſeruaſti me quam mox dico dabo. Ch. roga hunc tu. tu
Promitte huic. Ni. promitto roga. Cl. ducentos nummos
Aureos philippos probos dabin? Ch. dabuntur inquā reſpōde.
Ni. Dabo. Ch. quid nunc impure: nunquid debetur tibi?
Quid illi moleſtus: quia illum morte territas? & ego te & ille
Mactamus infortunio. ſi tibi ē machera: & nobis vrbina eſt domi:
Qua quidē te faciā. ſi tu me irritaueris confeſſiorē ſoricina nenia.
Iam dudum hercle equidē ſentio: ſuſpicio quę te ſolicitet: eum
Eſſe cum illa muliere. Cl. immo eſt quoq;. Ch. ita me iupiter
Iuno. ceres. minerua. latona. ſpes: ops. virtus.
Venus: caſtor: polluces: mars. mercurius. hercules.
Sumanus. ſol. ſaturnus. diiq; omnes ament: vt ille cum
Illa neq; cubat neq; ābulat. neq; oſculatur. neq; illud qđ dici ſolet
Ni. Vt iurat ſuat me ille ſuis piuriis. Cl. vbi nūc mneſilochꝰ ergo?
Ch. Rus miſit pater. illa autē in arcē abiit ædem viſere
Mineruę. nunc apta eſt. inuiſe: eſt ne ibi? Cl. abeo ad forū igitur.
Ch. Vel hercle in malam crucē. Cl. hodie exigam aurum hoc.
Ch. Exige ac ſuſpende te. ne ſupplicare cenſeas nihili homo.
Ille eſt amotus. ſine me p te hēre obſecro deos īmortalis ire huc
Intro ad filium. Ni. quid eo introibis? Ch. vt eū dictis plurimis
Caſtigē: cū hęc facta ſic ad hunc faciat modū. Ni. immo oro
Vt facias chryſale. & te obſecro: caue parſis in eum dicere.

Ch. Etiam ne mones? ſatin eſt: ſi plura ex me audiet hodie mala:
Quam audiuit vnquam clinia ex demetrio. Ni. lippi illi oculi.
Seruus eſt ſimillimus. ſi non eſt: nolit eſſe: neq; deſidero.
Si eſt: abſtinere quin attingas non queas. nam ni illic hodie
Forte fortũa hic foret: miles mneſilochũ cũ vxore opprimeret ſua:
Atq; obtrũcaret mœchũ manifeſtariũ. nũc q̃ſi ducẽtis philippis
Emi filium: quos dare promiſi militi: quos non dabo temere: & iã
Priuſq̃ filiũ cõuenero: nunq̃ edepol quicq̃ temere credã chryſalo.
Verũ libet & mihi has plegere denuo: æquũ ẽ tabellis cõſignatis (credeř.

Chryſalus. Nicubulus.

A Tridę duo fratres dicuntur feciſſe facinus maximum
. Cũ priami patriã pgamũ diuia mœnitũ manu. armis. equis.
Exercitu. atq; eximiis bellatorib⁹ mille cũ nũero nauiũ decumo
Anno ſubegerunt. non pelides tormẽto fuit: prout ego herum
Expugnabo meũ ſine claſſe ſineq; exercitu & tãto nũero militũ.
Cepi. expugnaui amanti herili filio aurum ab ſuo patre.
Nunc priuſquam huc ſenex venit: libet lamẽtari dum exeat.
O troia. o patria. o pergamum. o priame periſti ſenex.
Qui miſere male mulectabere quadringẽtis philippis aureis.
Nam ego has tabellas obſignatas conſignatas quas fero:
Non ſunt tabellę: ſed equus quẽ miſere achiui ligneum.
Epeius eſt piſtoclerus. ab eo hęc ſumpta. mneſilochus ſi non eſt
Relictus: ille non in buſto achilli ſed lecto accubat. bacchidẽ
Habet ſecum. ille olim habuit ignẽ: qui ſignum daret. hunc ipm
Exurit. ego ſum vlyſſes: cuius cõſilio hęc gerũtur. ıtũ quę hic ſunt
Scriptę litterę: hoc in equo inſunt milites armati atq; animati.
Probe ita res ſucceſſit meliuſq; adhuc. atq; hic equus non in
Arcẽ verũ in arcã faciet impetũ. excidiũ exitium ex latebra fiet.
Hic equus hodie auro ſenis. nr̃o ſeni huic ſtolido ei ꝑfecto nomẽ
Facio ego ilio. miles menelaus eſt. ego agamennon idẽ vlyſſes
Laertius. mneſilochus eſt alexander: qui erit exitiũ rei patrię ſuę.
Is helenam abduxit: cuius cauſa nunc facio obſideri ilion.
Nam illic eidẽ audiui vlyſſem: vt ego ſum fuiſſe & audacẽ & malũ.
Dolis ego deprenſus ſum: ille mẽdicans pene inuentus interiit:
Dum ſibi exquirit fata illorum. adſimiliter mihi hodie obtigit.
Vinctus ſum: ſed dolis exemi. itẽ ſe ille ſeruauit dolis.
Illio tria fuiſſe audiui fata quę illi forent exitio.
Signum ex arce ſi periſſet. alterum etiam eſt troili mors.

Tertium cũ portę ſcææ limen ſuperum ſcinderetur.
Paria itẽ tria eis tribus ſunt facta noſtra huic ilio.
Nam dudum primo vt dixeram noſtro ſeni mendacium
Et de hoſpite & de auro & de lẽbo: ibi ſignũ ex arce iam abſtuli.
Iam duo reſtabant fata. tum nec magis id ceperam oppidum.
Poſt vbi tabellas ad ſenem detuli: ibi occidi troilum.
Cum cenſuit mneſilochum cum vxore eſſe dudũ militis:
Ibi me iniũxit ſolui: atq; id piculũ adſimulo vlyſſem vt pędicant
Cognitum ab helena eſſe proditum hecubę. ſed vt olim ille ſe
Blandiciis exemit: & perſuaſit ſe vt amitteret:
Item ego dolis me illo expuli periculo: & decepi ſenem.
Poſt hęc cum magnifico milite vrbes verbis qui inermis capit:
Conflixi: atq; hominẽ repuli. dein pugnam conſerui ſeni:
Cum ego adeo vno mendacio deuici vno ictu extẽplo
Cępi ſpolia. is nunc ducentos nũmos philippos militi
Quos dare ſe promiſit: dabit. nũc alteris etiam ducentis vſus eſt:
Qui diſpenſetur ilio capto: vt ſit mulſum: qui triumphẽt milites.
Sed primus hic multo illi pręſtat: non quinquaginta modo:
Quadrigentos filios habet: atq; equidẽ oĩs lectos ſine probro.
Eos ego hodie omnes contruncabo duobus ſolis ictibus.
Nunc priamo noſtro ſi eſt quis emptor: comicialem ſenẽ
Vendã ego venalẽ quẽ hẽo: extẽplo vbi oppidum expugnauero.
Sed priamũ aſtantẽ eccũ ante portã video. adibo atq; alloquar.
Ni. Cuia nã vox ꝓpe me ſonat? Ch. o nicobule. Ni. quid fit?
Quid qđ te miſi: ecqd coegiſti? Ch. rogas? cõgredere. Ni. gradior
Ch. Optim⁹ ſum orator. ad lachrymas coegi hominẽ caſtigãdo
Maleq; dictis quę quidẽ quiui comminiſci. Ni. quid ait?
Ch. verbũ nullũ fecit. lachrymãs tacit⁹ auſcultabat: q̃ ego loq̃bar.
Tacitus conſcripſit. tabellas obſignatas mihi has dedit.
Tibi me iuſſit dare. ſed metuo ne idẽ cantent quod priores.
Noſce ſignum. eſt ne eius? Ni. noui. libet perlegere has.
Ch. Perlege. nunc ſuperum limẽ ſcinditur. nũc adeſt exitiũ ilio.
Turbat equ⁹ lapidis ligne⁹. Ni. chryſale ades: dũ ego has pellego.
Ch. Quid me tibi adeſſe op⁹ eſt. Ni. volo vt ꝙ iubeo facias: vt ſciaſ
Quę hec ſcripta ſient. Ch. nihil moror: neq; ſcire volo.
Ni. Tũ ades. Ch. quid opus eſt? Ni. taceas. quod iubeo: id facias.
Ch. Adero. Ni. heu litteras minutas. Ch. qui quidẽ videat parũ.
Verũ q ſatis videat: grãdes ſatis ſunt. Ni. aĩum aduorte igitur.

Ch. Nolo inq̄z.Ni.at volo inq̄z.Ch.qd opus eſt?Ni.at.n.id quod
Iubeo facias.Ch.iuſtū eſt.tuus tibi ſeruus tuo arbitratu ſeruiat.
Ni. Hoc age ſis iā nūc.Ch.vbi lubet recita.auriū operā tibi dabo.
Ni. Cerę qdē haud parſit neq̄z ſtilo.ſed qcqd eſt: plegere certū ē.
O pater ducentos philippos q̄ſo chryſalo da:ſi eſſe saluū vis me
Aut vitalem tibi.Ch.malum quidē hercle magnum tibi dico.
Ni. Quid eſt?Ch.non prius ſalutē ſcripſit?Ni.nuſquā ſentio.
Ch. Nō dabis ſi ſapis.verū ſi das maxume ne ille alium gerulū
Quęrat ſi ſapiet ſibi.nā ego nō laturus ſum:ſi iubeas maxume.
Sat ſic ſuſpectus ſum:cum careo noxia.Ni.auſculta porro dum
Hoc q̄ ſcriptū eſt plego. Ch.inde a principio iam impudēs epl'a ē.
Ni. Pudet prodire me ad te in conſpectum pater.tantū flagitiū
Te ſcire audiui meū:qđ cū pegrini cubui vxor̄ militis. (tio tuā.
Pol haud derides:nā ducētis aureis philippis redimi vitā:ex flagi-
C.Nihil ē illorꝝ:qn ego illi dixerī.Ni.ſtulte feciſſe fateor. ſꝫ q̄ſo pr̄
Ne me ī ſtulticia ſi deliq deſeraſ.ego aio cupido:atq̄z ocl'is idōitis fui.
Perſuaſum ē facere:cuiꝰ nūc me facti pudet.pus te cauiſſe ergo:q̄z
Pudere æquum fuit.Ch.eadē iſtęc verba dudū illi dixi omnia.
Ni. Quęſo vt ſat habeas id pr̄:quod chryſalus me obiurgauit.
Plurimis verbis malis:& meliorē fecit pręceptis ſuis:
Vt te ei hēre gratiā æquū ſit bonā.Ch.ne iſtuc iſtic ſcriptum?
Ni. Hē ſpecta tū ſcies.Ch.vt qd deliquit:ſupplex eſt vltro oībꝰ.
Nī. Nūc ſi me fas eſt obſecrare ab ſte pr̄: da mihi ducētos nūmos
Philippos te obſecro.Ch.ne vnū qdē hercle ſi ſapis.Ni.ſine plegā.
Ego iuſiurādū verbis cōceptis dedi daturū id me hodie mulieri.
Añ veſperū:puſq̄z a me abiret.nunc pr̄ ne piurē:cura atq̄z abduc
Me hinc ab hac quātū potes:quā pter tantū dāni feci & flagitii.
Caue tibi ducenti nūmi diuitię fuant:ſexcenta tantum reddam
Si viuo tibi.vale atq̄z hęc cura.quid nunc cēſes chryſale?
Ch.Nihil ego tibi cōſilii hodie qcq̄z dabo.neq̄z ego haud cōmittā:
Vt ſi quid peccatum fiet:feciſſe dicas de mea ſententia.
Verū vt ego opinor:ſi ego in iſtoc ſum loco:dem'potius aurum.
Quā illū corrūpi ſinā.duę cōdiciōes ſūt:vtrā tu accipias vide.
Vel vt aurum perdas:vel vt amator periuret.ego neq̄z te iubeo:
Neq̄z veto:neq̄z ſuadeo.Ni miſeret me illius.Ch.tuus eſt.
Non mirum facis.ſi plus perdundum'ſit:periſſe ſuauius eſt
Quam illud flagitium volo diſpaleſcere.Ni.nę ille ædepol
Epheſi multo mauellē foret:dū saluus eſſet: q̄z reueniſſet domū.

Quid ego iſtic qđ pdūdū eſt ꝑperē pdere: bios ducētos philippos
Iā intus efferā:& militi quos dudū ꝑmiſi miſer & iſtos.mane iſtic.
Iam exeo ad te chryſale.Ch.fit vaſta troia.ſcindunt proceres
Pergamum:ſciui ego iamdudū fore me exitium pergamo:
Aedepol qui me eſſe dicat cruciatu malo dignum.nę ego cū illo
Pignus haud auſim dare tantas turbellas facio.ſed crepuit foris.
Effertur prę da ex troia.taceam nunciam.Ni.cape hoc tibi aurū
Chryſale.i fer filio.ego ad forū autē hinc ibo:vt ſoluam militē.
Ch. Nō ecquidē accipiā:ꝑin tu q̄ras q ferat.nolo ego mihi credi.
Ni. Cape vero.odioſe facis.Ch.,non equidē capiam.Ni.at q̄ſo.
Ch. Dico vt res ſe habet.Ni.morare!Ch.nolo inquam aurum
Concredi mihi.Ni.ohe odioſe facis.Ch.cedo ſi neceſſe eſt.
Ni. Cura hoc.iam ego reuenero.Ch.curatum eſt eſſe te ſenē
Miſerrimū.hoc eſt incœpta efficere pulchre veluti mihi euenit
Vt ouans prę da onuſtus incederē ſalute noſtra:atq; vrbe capta
Per dolum domū educo integrum omnē exercitum.
Sʒ ſpectatores vos nūc ne miremini:qđ nō triūpho:puulgatū ē.
Nihil moror.verumtamē accipiētur mulſo milites.
Nunc hanc prędam omnem ad queſtorem deferam.

Phyloxenes.

QVā magis ĩ pectore meo foueo: quas me⁹ fili⁹ turbas turbet:
Quā ſe ad vitā & quos ad amores prę cipitē inſcitus capeſſat:
Magis curę eſt.magiſq; adformido:ne is peat:neu corrūpatur.
Scio ego fui illa ætate:& feci illa omnia:ſed more modeſto.
Neq; placitant mores:quibus video volgo gnatis eſſe parētes.
Duxi.habui ſcortum.potaui.dedi.donaui& enim id raro.
Ego dare me ludū meo nato iſtitui.vt aio obſeq dādo ſūere poſſit
Aequū eſſe puto:ſʒ nimis volo deſidię ei dar̄ ludū.nūc mneſilochū
Quod mandaui viſo.ecquid eū ad virtutē aut ad frugē opa ſua
Cōpulerit.ſic vt eum conuenit:ſcio feciſſe:eo eſt ingenio natus.

Nicobulus. Phyloxenes.

QVicunq; vbi ſunt:qui fuere:quiq; futuri ſunt poſthac
Stulti.ſtolidi.fatui.fungi.barbi.blēni.buccōes. ſolus ego oēs
Longe ante eo ſtulticia & moribus indoctis.perii.pudet
Hoccine ætatis ludum his factū eſſe indigne q̄ magis id repeto
Tam magis vror:quē meus filius turbauit.perditus ſum
Atq; etiā eradicatus ſum.oībus exēplis crucior.oīa me mala
Cōſectantur.oībus exitiis interii.chryſalus me hodie lacerauit.

Chryſalus me miſerū ſpoliauit. is me ſcelus auro vſq; adtondit
Dolis doctis indoctū vt libitū eſt.ita miles memorat meretricē eē
Quā ille vxorē eē aiebat:omniaq; vt quodq; actū eſt:memorauit.
Eam ſibi hunc annum conductam. reliquū id auri factū.
Quod ego ei ſtultiſſim⁹ homo pmiſiſſem hoc: hoc eſt:paceſcit.
Hoc eſt demū qđ pcrucior:me hoc ætatis ludificari.imo ędepol
Sic ludos factū cano capite atq; alba barba.miſerū me auro
Eſſe emunctū.perii.hoc ſeruū meū nō nauci facere eſſe auſum.
Atq; ego ſi alibi pl⁹ pdiderim:min⁹ ægre habeā:minuſq; id mihi
Damno ducam.Ph.certo hic prope me mihi neſcio quis
Loqui viſus eſt.ſed quē video?hic quidē pater mneſilochi eſt.
Ni. Euge ſocium ærumnę & mei mali video.philoxene ſalue.
Ph. Et tu.vnde agis? Ni.vnde homo miſer atq; infortunatus.
Ph. At pol ego vbi ſū eſſe ibi miſerū hoīe; decet atq; īfortūatū.
Ni. Igitur pari fortuna ætate vt ſum⁹:vtimur.Ph.ſic eſt.ſed tu
Quid tibi eſt? Ni.pol mihi par idem quod eſt tibi.
Ph. Nūquid nam ad filiū hęc egritudo attinet? Ni.admodum.
Ph.Idē mihi morbus in pectore eſt. Ni.at mihi chryſalus optim⁹
Homo pdidit filiū me atq; rē oēm meā.Ph. quid tibi ex filio
Nam obſecro ægre eſt? Ni.ſcies.is periit cum tuo:atq; ambo
Aeque amicas habent.Ph.qui ſcis? Ni.vidi.Ph.hei mihi
Diſperii.Ni.quid dubitamus pultare atq; huc euocare
Ambas foras Ph.haud moror.Ni.heus bacchis iube ſis
Actutū aperiri:niſi mauelis fores & poſtes cōminui ſecuribus.

Bacchis. Nicobulus. Bacchis. Philoxenes.

QVis ſonitu tumultuanti nomine nominat me:atq; pultat
Aedes? Ni.ego atq; hic.Ba.quid hoc eſt negocii:
Nā amabo quis has huc ouis adegit? Ni.ouis nos vocant
Peſſumę.Ba.paſtor harū dormit;:cū hę eunt ſic a pecu balitātes
Ba. Et pol nitent:haud ſordidę videntur ambę.
Ba. Attōſę hę qdē ambę vſq; ſunt.Ni.vt vidētur deridere nos
Ph. Sine ſuo vſq; arbitratu.Ba.rerin ter in anno tu has tōſitari:
Ba.Pol hodie altera iā bis detōſa certo eſt.Ba.vetulę ſūt thimianę
Et bonas fuiſſe credo.viden limulis obſecro vt intuentur?
Ba.Ecaſtor ſine oī arbitror malicia eſſe.Ph.merito hoc nobis fit:
Qui quidē huc venerimus.Ba.cogantur quidē intro.
Ba. Haud ſcio quid eo opus ſit:q̄ nec lactē nec lanā vllā habent.
Sic ſine aſtent.exoluere quanti fuere.omnis fructus iam illis

Decidit.non videns vt balantes ſolę libere graſſentur?|quin ętate
Credo eſſe mutas.ne balant quidē:cum a pecu cętero abſunt.
Ph. Stultę atq; malę videtur.Ba.reuertamur intro ſoror.
Ba. Ambę.Ni.manete.hę oues volūt vos.Ba. ꝓdigiū hoc qdē ē.
Humana nos voce appellant oues.Ph.hę oues vobis malam
Rē magnā cū dent dabūt.Ba.ſi q̄ꝫ debes:te condono. tibi habe.
Nunq̄ꝫ abs te petā.ſꝫ qdē: quapropter nobis vos malū minitāini?
Ph. Quia nr̄os agnos cōcluſos iſtic eſſe aiūt duos.Ni.& ꝑter eoſ
Agnos:meus eſt iſtic clā mordax canis: q niſi nobis producūtur:
Iamq; emittantur foras:arietes truces nam erimus iam.in vos
Incurſabimus.Ba.ſoror eſt quod te volo ſecreto.Ba.eho
Amabo.Ni.quo illę abeunt.Ba.ſenem illum tibi dedo
Veteriorem:lepide vt lenitum reddas.ego ad hunc iratum
Adgrediar.Ba.poſſumus nos hos intro illicere huc.Ba.meum
Penſum ego lepide accurabo:quā odioſum eſt mortē amplexari.
Ba. Facito vt facias.Ba.taceas.tu tuum facito:ego quod dixi
Haud mutabo.Ni.q̀d illęc illic in cōſilio duę ſecretę conſultant?
Ph. Quid ais tu hō?Ni.quid me vis? Ph.pudet me dicere qddaꝫ.
Ni. Quid eſt qđ pudeat?Ph.ſed amico hoī tibi qđ volo credere
Certum eſt:nihil ſum.Ni.iſtuc iampridem ſcio.ſed quid nihil ſis:
Memora.Ph.tactus ſum vehementer viſco.cor ſtimulo foditur.
Ni. Pol tibi multo æquius eſt coxendicē?ſed quid iſtuc eſt.& ſi iā
Ego ipſe quid ſit ꝓpe ſcire puto me:verū audire etiā ex te ſtudeo.
Ph. Viden hanc?Ni.video.Ph.haud mala eſt mulier.
Ni. Pol vero iſta mala:& tu nihil.Ph.quid multa? ego amo.
Ni. An.amas?Ph.necas.Ni.tu hō putidꝰ amator iſtac fieri ętate
Audes?Ph.qui nō?Ni. quia flagitiū eſt.Ph.quid opus verbis eſt?
Meo filio non ſum iratus:neq; tuo eſt æquum te eſſe iratum.
Si amant:ſapienter faciunt.ſequere hac eunt.
Ni. Eccas tandē probri perlecebrę & perſuaſtrices.quid nunc ēt
Redditis nobis filios & ſeruum:an ego experior tecū vi maiore?
Ph. Abin hinc.nō hō tu quidē es:q iſtoc pacto tā lepidā illepide
Appelles.Ba.ſenex optime quantum eſt in terra:ſine hoc exorarē
Abs te:vt iſtuc delictum deſiſtas tantopere ire oppugnatum.
Ni. Niſi abeas:quanquā tu bella es: malum tibi malo dabo iam.
B.Patiar.nō metuo:ne qd mihi doleat:qđ ferias.N. vt blādiloq̄ ē.
Hei mihi metuo.Ba.hic magis tranquillus eſt.i hac mecum
Intro atq; abi.ſi quid vis filiū concaſtigato.Ni.abin a me ſcelus?

Ba. Sine mea pietas exorē. Ni. exores tu me? Ba. ego quidē
Ab hoc certe exorabo. Ph. imo ego te oro: vt me intro abducas.
Ba. Lepidū te. Ph. at ſcin quo pacto me ad te intro abducas?
B. Mecū vt ſis? Ph. oīa q̄ cupio cōmēoraſ. Ni. vidi ego neqꝫ hoīeꝫ:
Verum te nemīnē deteriorē. Ph. ita ſum. Ba. i hac
Mecum intro: vbi ſit tibi lepide victibus vino atqꝫ vnguētis.
Satis iā ſatis vos triſtes P. cōuiuii me nihil pœnitet: vt ſū acceptꝰ.
Ni. Quadringētis philippis filiꝰ me & chryſalus circūduxere.
Quē quidē ego: vt nō excruciē alterum tantum auri non mereā.
Ba. Quid tandē ſi dimidium auri redditur? i mecum intro.
Atqꝫ vt eis delicta ignoſcas. Ph. faciet. Ni. etiam tu homo
Nihili. Ph. quid dii dant boni: caue culpa tua amiſſis.
Dimidium auri datur: accipias poteſqꝫ: & ſcortum accumbas.
Ni. Egon vbi filius corrūpatur meus: ibi potē? Ba. potandū eſt.
Ni. Age iā id vt eſt & ſi eſt dedecorū: patiar facere. inducā aīum
Ego cum hęc cum illo accubet inſpectē? Ba. immo equidē pol
Tecum accubā. te amabo. & te amplexabor. Ni. caput prurit.
Perii. vix negito. Ph. non tibi venit in mētē amabo: ſi dum viuas
Tibi bene facias? iam pol id quidē eſſe haud perlonginquum.
Neqꝫ ſi hoc hodie amiſeris: poſt in morte id euēturum eſſe vnq̄ꝫ.
Ni. Quid ago? Ph. quid agas: rogitas etiam? Ni. libet & metuo.
Ba. Quid metuis? Ni. ne obnoxius filio ſim & ſeruo. Ba. mel
Meum amabo. iſtęc fiunt. tuus eſt. vnde illum cēſes ſumere:
Niſi quod tu te illi dederis. hanc veniā illis ſine te exorē.
Ba. Lepidum te. Ph. at ſcin quo pacto me intro abducas?
Ni. Vt terebrat. ſatin obfirmatū quod mihi erat: id me exorat.
Tua ſum opera & propter te improbior. Ba. nuſquā me auelles:
Satin ego iſtuc habeo obfirmatū. Ni. quod ſemel
Dixit: haud mutabo. Ba. ite intro accubitū. it dies. filii vos
Expectant intus. Ni. quā quidē actutū emorimur.
Ba. Veſpe hic eſt. ſeqmini. Ph. ducite nos quo lubet: tanq̄ꝫ qdē ad
(dictos.

Recitator.

LEpide ipſi hic ſunt capti: ſuis qui filiis fecere inſidias.
Hi ſenes niſi fuiſſent nihili iā inde ab adoleſcētia: nō hodie
Hic tantum flagitium facerent canis capitibus: neqꝫ adeo
Hęc faceremus: ni antehac vidiſſemus fieri:
Vt apud lenones riuales filiis fierent patres.
Spectatores vos valere volumus; & clare adplaudire.

# Plauti Poetę Clariſſimi Moſtellaria.

## Argumentum.

MAnumiſit emptos ſuos amores philolaches:
Omneq́ꝫ abſente rē ſuo abſumit patre.
Senē vt reuenit ludificatur tranio.
Terrifica monſtra dicit ſentiri in ædibus.
Et inde primum emigratū. interuenit
Lucripeta fœnus fœnerator poſtulans.
Luduſq́ꝫ rurſum fit ſenex. nam mutuum
Acceptum ſuum dicit pignus emptis ædibus.
Requirit quę ſunt. ait vicini proxumi.
Inſpectat illas: poſt ſe deriſum dolet.
Ab ſui ſodale gnati exoratur tamen.

Tranio. Grumio ſerui duo. (tias.

EXi e culia ſis foras maſtigia: q mihi īter patīas exhibes argu-
Gr. Egredere herilis pnicies ex ædib9. Tr. ego pol te ruri cē-
Vlciſcar probe. exi in quā nidoricupina. qd lates? ſeqtur. (ſes ec̄?
Gr. Quid tibi malum hic ante ædis clamas? Tra. an ruri cēſes te
Eſſe? abſcede ab ædibus. abi rus. abi dierecte. abſcede ab ianua.
En hoccine volebas? Gr. perii. cur me verberas?
Tra. Quia viuis patinas. Gr. ſine modo adueniat ſenex.
Sine modo venire ſaluum: quē abſentem comes.
Tra. Nec verſimile loquere. nec verum frutex:
Comeſſe quēquam vt quiſquam abſentē poſſit.
Gr. Tu vrbanus vero ſcurra delicię populi
Rus mihi tu obiectas? ſane credo tranio:
Quod te in piſtrinum ſcis actutum tradier.
Cis hercle paucas tempeſtates tranio
Augebis ruri numerum genus feratile.
Dum tibi lubet liceteq́ꝫ: pota. perde rem.
Corrumpe herilem adoleſcentem optimum.
Dies nocteſq́ꝫ bibite. pergręcamini.
Amicas emite. liberate. paſcite paraſitos. obſonate pollucibiliter.
Hęc ne mandauit tibi cum peregre hinc iit ſenex?
Hoccine modo hic rem curatam offendet ſuam?
Hoccine boni eſſe officium ſerui exiſtimas?

Vt heri ſui corrumpat & ſemet filium?
Nam ego illum corrupptum duco: cum his factis ſtudet:
Quo nemo adęque iuuentute ex omni atthica
Ante hac eſt habitus parcus: nec magis continens:
Is nunc in aliã partem palmam poſſidet.
Virtute id factum tua & magiſterio tuo.
Tr. Quid tibi malũ. mea vt quid ego agã curatio eſt. an ruri q̃ſo
Non ſunt quos cures bouis? lubet potare.amare.ſcorta ducere.
Mei tergi facio hoc:nõ tui fiducia.Gr.quã cõfidẽter loquitur fur?
Tr. At te iupiter diq; oẽs pdãt.oboluiſti alliũ. germana illuuies.
Ruſticus.hircus.hara moſtellaria.capra commiſta.
Gr. Quid vis fieri? non omnes poſſunt olere vnguẽta exotica:
Sicut tu oles.neq; ſuperior adcũbere.neq; tã facetis quã tu viuis
Victib9.tu tibi iſtos tu hẽas turtures.piſces.auis.ſine me alliatum
Fungi fortunas meas.tu fortunatus.ego miſer.Tr.patiundũ eſt:
Meum bonũ me:te tuũ maneat malũ.quaſi inuidere
Mihi hoc videre grumio:quia mihi bene eſt:& tibi male eſt.
Digniſſimum eſt licet me amare & te bubulcitarier.
Me victitare pulchre:te miſeris modis.Gr.o carnificum cribrũ.
Quod credo fore:ita te forabunt patibulatũ per vias ſtimulis:
Si huc reueniat ſenex.Tr.q ſcis an tibi iſtuc eueniat priuſq̃ mihi?
Gr. Quia nũquã merui:tu meruiſti:& nũc meres.Tr.orõnis opã
Compẽdi face:niſi te mala re magna mactari cupis.
Gr. Eruũ daturi eſtis bobus quod ferã? dato æs inhoneſtis. agite
Porro pgite quo occœpiſtis.bibite.pergręcamini.eſt eac ſerite.
Vos ſaginã cedite.Tr.tace atq; abi tu rus:ego ire in pyręum
Volo in veſperum pare piſcatum mihi.eruum tibi aliquis
Cras ſaxo ad villã afferat.qd eſt? qd tu me nũc obtuere furcifer?
Gr. Pol tibi iſtuc credo nomen actutũ fore:dum intereas.
Tr. Sic ſit iſtuc actutum ſino.Gr.ita eſt.ſecundũ hoc ſcito
Nimio celerius venire quod moleſte quã illud qđ cupide petas.
Tr. Moleſtus ne ſis.nunc iã in rus te admoue.Gr.ne tu erres.
Hercle pręter hãc mihi nõ facies morã.Tr.ſatin abiit neq; quod
Dixi flocci exiſtimat.Gr.proh di ĩmortales obſecro veſtrã fidẽ:
Facite huc vt redeat noſter quã primũ ſenex:trienniũ qui iã
Hinc abeſt:priuſq̃ oĩa perierint:& ædis & ager.qui niſi huc redit:
Paucorum mẽſium ſunt relictę reliquię.nunc rus abibo.
Nã eccũ herilẽ filiũ video corruptũ ex aduleſcẽte optumo

Philolaches adoleſcens. (ſtitui

RE cordat⁊ multũ & diu cogitaui: argumẽtaq; ĩ pect⁊ multa in-
Ego atq; in meo corde: ſi eſt quod mihi cor: eam rẽ volutaui
Et diu diſputaui hominẽ cuius rei quando natus eſt
Similẽ eſſe arbitrarer: ſimulacrumq; habere: id repperi iam.
Exẽplum nouarum ędium eſſe arbitror: ſimilẽ ego hominem
Quando hic natus eſt ei rei argumẽta dicam. atq; hoc
Haud videtur veriſimile vobis: at ego id faciã eſſe. ita vt credatis
Profecto ita eſſe vt pręd ico: vera vincam: atq; hoc vos metipſi
Scio perinde vti nũc ego eſſe autumo: quãdo dicta audietis mea.
Haud aliter id dicetis. auſcultate argumenta dum dico
An hanc rem. ſimul gnaui ſitis volo ad hanc rem mecũ.
Aedes cum extẽplo ſunt paratę. expolitę. factę. probe examuſſi;:
Laudant fabrum: atq; ædes probant. ſibi quiſq; inde exemplũ:
Sibi quiſq; ſimile ſumit ſumptu ſuo operam paſcunt ſuam.
Atq; vbi illo immigrat nequã hõ: indiligenſq; cũ pigra familia
Immundu ſinſtrenuus: hic iam ædibus vitium additur. bonę
Cum curantur male. atq; illud ſępe fit: tempeſtas venit:
Cõfringit tegulas ĩbriceſq;. ibi dñs ĩdiligẽs reddere alias ne volt.
Venit imber. lauat parietes. perpluunt tigna. putrefacitq; operã
Fabri. nequior iam factus eſt vſus ędium atq; haud
Fabri culpa: ſed magna pars moram hanc induxerunt.
Si quod nummo ſarciri poteſt vſq; dum maneant: neq; id faciũt
Donicum parietes ruunt. ædificantur ædes totę denuo.
Hęc argumenta ego ædificiis dixi: nunc etiam volo
Dicere vt homines ædium eſſe ſimiles arbitremini.
Primum dum parẽtes fabri liberum ſunt: & fundamentum
Subſtruunt liberorum: extollunt. parant ſedulo infirmitatẽ
Et vt in vſum boni: & in ſpeciem populo ſint: ſibiq; & materiem
Reparant: nec ſumptus ibi ſumptui eſſe ducunt.
Expoliunt. docent litteras. iura. leges ſumptu ſuo. & labore
Nituntur: vt alii ſibi eſſe illorum ſimiles expetant.
Ad legionem cum itum: adminiculum eis clamant.
Tum iam aliquem cognatum ſuum eatenus abeunt
A fabris: vnum vbi emeritum eſt ſtipendum.
Igitur tum ſpecimen cernitur: quo eueniat ædificatio.
Nã ego ad illud frugi vſq; & probus fui: in fabrorũ ptãte dũ fui.
Poſteaq̃ immigraui in ingeniũ meũ: perdidi operam fabrorũ.

Illico oppido venit ignauia.ea mihi tempeſtas fuit.
Mihi aduento ſuo grandinem imbrēq; attulit.
Hęc verecundiam mihi & virtutis modum deturbauit. texit.
Detexitq; me illico poſtilla.obtexere:eam negligens fui.
Continuo pro imbre amor aduenit.|nunc ſimul res fides
Permanauit.permadefecit cor meum.nunc|ſimul res fides
Fama virtus decuſq; deſeruerūt.ego ſum in vſu factus
Nimio nequior:atq; ædepol ita hęc tigna humida putent.
Non video mihi ſarcire poſſe ædes meas:qn totę ꝑpetuę ruant:
Quin cum fundamēto perierint:nec quiſquā eſſe auxilio queat.
Cor dolet:cū ſcio vt nunc ſum atq; vt fui.quo neq; induſtrior
De iuuentute erat arte gymnaſtica.diſco.haſtis.pila.
Curſu.armis.equo victitabā volupe.parſimonia & duritia
Diſciplinę aliis eram.optimi quiq; expetebant eam
Doctrinā ſibi.nūc poſtq; nihili ſū: id vero meopte ingenio reppi.

Philocomaſiū mulier.Scapha ancilla.Philolaches adoleſcēs.

IAmpridē mecaſtor frigida non laui magis lubenter:
Nec cū me meliꝰ mea ſcapha reres ædificatā.Sca. euētꝰ rebus
Omnibus velut horno meſſis magna fuat.Ph^m.quid ea meſſis
Attinet ad meam lauationē?Sca.nihilo pluſquam lauatio tua
Ad meſſim.Ph.o venus venuſta hęc illa eſt tempeſtas mea.
Mihi quę modeſtiā oēm detexit:tectus qua fui:quam mihi amor
Et cupido in pectus ꝑpluit meū:|neq; iā vnquā obtegere poſſu;.
Madēt iam in corde parietes.periere hę oppido ædes.
Ph^m. Contēpla'amabo mea ſcapha ſatin hęc me veſtis deceat?
Volo meo'placere philolacheti:meo ocello:meo patrono.
Sca. Quin tu te exornas moribus lepidis:'cum lepida tu te es.
Non veſtē amatores amant mulieris:ſed veſtis fartum.
Ph. Ita me dii amēt:lepida ſcapha ſapit ſceleſta multum.
Vt lepide oēs res tenet:ſententiaſq; amātiū.Philoco.quid nunc?
Sca. Quid eſt?Philoco.qn me aſpice & cōtēpla vt hoc me decet.
Sca. Virtute formę id euenit:te vt deceat:quicquid habeas.
Ph. Ergo ob hoc|verbum te ſcapha donabo ego hodie aliqui.
Neq; patiar te hanc gratis laudaſſe:quę placet mihi.
Ph^m. Nolo ego te aſſentari mihi. nimis qdē tu ſtulta es mulier.
Sca. Eo mauis vituperari falſo:quā vero extolli?
Ph^m. Equidē pol vel falſo. tamen laudari multo|malo quā vero

Culpari.ain meã ſpeciẽ alios inridere?ego verum amo.
Verum volo dici mihi.mendacem odi.Sca.ita tu me ames:
Ita philolaches tuus te amet:vt venuſta es.Ph.quid ais
Sceleſta?quomodo adiuraſti?ita ego iſtã amarẽ?
Quid ita hęc me? id cur non additum eſt?infecta dona facio.
Periit quod promiſerã tibi.dona perdidiſti.
Sca. Equidẽ pol miror tã catã:tã doctã te & bene doctã
Nõ ſcire te ſtulte facere.Philoco.quin mone queſo: ſi quid erro.
Sca. Tu ecaſtor erras:q̃ quidẽ illũ expectes vnum:atq; illi morẽ
Pręcipue ſic geras:atq; alios aſperneris.matronę nõ meretricũ ẽ
Vnum inſeruire amantẽ.Ph.proh iupiter nã quid malum
Verſatur męę domi?dii deęq; omnes me peſſimis exẽplis
Interficiãt:niſi ego illam anum interfecero ſiti.fame. atq; gelu.
Ph^m. Nolo ego mihi male te ſcapha pręcipe.Sca.ſtulta es plane:
Quę illum tibi æternũ putas fore amicum & bñiuolentẽ.
Moneo ego te:te ille deſeret ætate & ſatietate.Philoco.nõ ſpero.
Sca. Inſperata accidunt magis ſępe:quã quę ſperes.
Poſtremo ſi dictis nequis perduci: vt vera hęc credas
Mea dicta:ex factis noſce rẽ.vides quę ſim:& quę fui ante.
Nihilo ego quã nunc tu amata ſum:atq; vni modo geſſi morẽ:
Qui pol me vbi ætate hoc caput colorẽ commutauit:reliquit:
Deſeruitq; me.tibi idẽ futurum credo.Ph.vix comprimor
Quin inuolẽ illi in oculos ſtimulatrici.Philoco.ſolã illi meo
Soli cẽſeo eſſe oportere obſequẽtẽ.ſolam ille ſoli
Sibi ſuo liberauit.Ph.proh dii immortales mulierẽ lepidã
Et pudico ingenio.bñ hercle factum & gaudeo mihi
Nihil eſſe huius cauſa.Sca.inſcita ecaſtor tu quidẽ es.
Ph^m.Qua ppt.Sc.q̃ iſtuc curas: te vt ille amet.Philo.cur obſecro
Non curẽ?Sca.libera es iam tu iam.quod quęrebas habes.
Ille te niſi amabit vltro:id pro capite tuo quod dedit perdiderit
Tantum argẽti.Ph.perii hercle:ni ego illã peſſumis
Exẽplis enicaſſo.illa hãc corrumpit mulierẽ maleſuada
Lena.Philoco.nunquã ego illi poſſum gratiã referre: vt merit9 ẽ
De me ſcapha.id tu mihi ne ſuadeas vt illum minoris pẽdã.
Sca. Et hoc vnum facito cogites :ſi illum inſeruibis ſolum:
Dum tibi nunc hęc ætatula eſt:in ſenecta male querere.
Ph. In anginam ego nunc me velim verti:vt veneficę illi
Fauces prẽdã;atq; enęcẽ ſceleſtam ſtimulatricẽ.

Phm. Eundē animū oportet nunc mihi eſſe gratū vt impetraui:
Atq; olim priuſquam id extuli:cum illi ſublandiebar.
Ph. Dii me faciāt qđ volūt:ni ob iſtā orōem te liberaſſo denuo:
Et ni ſcapham enicaſſo.Sca.ſi tibi acceptū eſt:fore tibi vnicum
Sēpiternum: atq; illū amatorē tibi propriū futurū in vita:
Soli gerendū cēſeo morē: & capiendos crines vt fama eſt
Homini:exin ſole pecuniam inuenire.Philoco. ego ſi bonā
Famam mihi ſeruaſſo:ſat ero diues.Ph.ſi quidē hercle
Vendundū ſit:pater venibit multo potius:q̄ te me viuo vnquā
Sinam egere aut mendicare.Sca.quid illis futurū eſt cęteris:
Qui te amant?Philoco.magis amabunt:cū videbunt gratiā
Referentē.Ph.vtinā nunc meus mortuus pater ad me
Nūcietur:vt ego exhęredē meis me bōis faciā: atq; hęc ſit hæres.
Sca. Iā iſta quidē abſumpta res erit.dies nocteſq; eſtur.bibitur.
Neq; quiſquā parſimoniā adhibet.ſagina plane eſt.
Ph. In te hercle certū eſt principiū vt ſim parcus experiri.
Nam neq; edes quicquā.neq; bibes apud me iiſdem diebuſ.
Phm. Si quid tu in illū bene voles loqui:id loqui licebit.
Nec recte ſi illi dixeris: iam ecaſtor vapulabis.
Ph. Aedepol ſi ſummo ioui votiuo argento ſacruficaſſem:
Pro illius capite quod dedi:nunquā æque id bene collocaſſem:
Vt videas eā medulitus me amare.oh probus homo ſum:
Qui pro me cauſam diceret:patronū liberaui.Sca.video te
Nihilipendere pre philolache oēs homines:nunc neſcius cauſa
Vapulē tibi potius aſſentabor.is acceptus.ſat habes tibi fore
Illū amicū ſempiternū.Phm.cedo mihi ſpeculū:& cū ornamētis
Arculā actutum ſcapha. ornata vt ſim cū huc veniat
Philolaches voluptas mea.Sca.mulier quę ſe ſuāq; ætatē
Specit:ſpeculo eluſa eſt.quid opus ſpeculo tibi:quę tute
Speculo ſpeculū es maximū?Ph.ob iſtuc verbū ne nequicquā
Scapha tā lepide dixeris:dabo aliquid hodie.Sca.pertuli
Tibi philocōaſiū mea.Phm.ſuo qq; loco vidē capill9 ſatis (dito.
Cōpoſit9 ē cōmode.Sca.vbi tu cōmodas capillū:cōmodū eē cre=
Ph. Vah qđ illa pōt pei9 qcq̄ muliere morarier?nūc aſſentatrix
Sceleſta eſt.dudū aduerſatrix erat. Phm.cedo ceruſam.Sca.quid
Ceruſa opus eſt?Philoco.nā qui malas oblinā.Sca.vna opera
Ebur atramento candefacere poſtules.Ph.lepide dictū
De atramēto atq; ebore.euge plaudo ſcaphę. Phm. tū tu igī cedo

Purpuriſſũ.Sca.nõ do.ſcita es tu qdẽ.noua pictura ĩterpollare viſ
Opus lepidiſſimũ non iſtã ætatẽ oportet pigmẽtũ illud attingere
Neq; cerufam neq; melinũ neq; aliã vllã offuciam.
Cape igitur ſpeculũ.Ph.hei mihi miſero ſauiũ ſpeculo dedit.
Nimis velim lapidẽ qui ego illi ſpeculo imminuã caput.
Sca. Linteũ cape.tuq; exterge tibi man⁹.Philoco.qd ita obſecro?
Sca. Vt ſpeculũ tenuiſti:metuo ne oleant argẽtũ manus.
Ne vſquã argentũ te accepiſſe ſuſpicetur philolaches.
Ph. Non videor vidiſſe lenam callidiorẽ vlla alteram.
Vt lepide atq; aſtute in mentẽ venit de ſpeculo.Philoco.mane
Etiã ne vnguentis vnguendam cenſes? Sca.minime feceris.
Ph^m. Qua ꝑpter?Sca.qa ecaſtor mulier recte olet:vbi nihil olet.
Nam iſtę veteres quę ſe vnguentis vnctitant:interpolles.
Vetulę.edentulę.quę vitia corporis fuco ocultant:
Vbi ſeſe ſudor cum vnguẽtis conſociauit:illico
Itidẽ olẽt:quaſi cum vna multa iura confundit cocus.
Quid oleas neſcias:niſi id vnum male olere intelligas.
Ph. Vt perdocte cuncta callet.nihil hac docta doctius.
Verum illud eſt maximũ:adeo pars noſtrorum intelligit:
Quibus anus domi ſunt vxores:quę nos dote meruerunt.
Ph^m. Agedum contẽpla aurũ & pallam. ſatin hęc decẽt ſcapha?
Sca.Nõ me curare iſtuc op;.Ph^m.quẽ obſecro igr̃? Sca.eloquar.
Philolaches nequid emat:niſi quod tibi placere cẽſeat.
Nam amator meretricis mores ſibi emit auro & purpura
Quid opus eſt:quod ſuum eſſe nolit:te vltro oſtentarier
Purpura ætate occultanda eſt.aurum turpe mulieri.
Pulchra mulier nuda erit quam purpurata pulchrior.
Poſtea nequicquam exornata eſt bene:ſi morata eſt male.
Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt:
Nam nę ſi pulchra eſt:nimis ornata eſt.Ph.nimis diu
Abſtineo manum.quid hic vos diu agitis?Philoco.tibi
Me exorno vt placeam.Ph. ornata es ſatis.
Abi tu intro:atq; ornamenta hęc aufer.ſed voluptas mea
Mea philocõaſiũ potare tecũ collibitũ eſt mihi.Ph^m. libet ædepol
Mihi tecum.nam quod tibi libet:idem mihi libet
Mea voluptas.Ph.iam iſtuc verbum vile eſt viginti minis.
Cedo amabo.decumbe.emptum tibi dare hoc verbum volo.
Etiam nunc decẽ minę apud te ſunt:vel rationẽ puta

Triginta minas pro capite tuo dedi. Philoco. cur exprobras?
Ph. Ego ne id exprobrē? qui mihimet cupio id opprobrarier:
Nec quicquam argenti locaui tam diu vſquam æque bene
Phm. Certe ego quod te amo: opaꝫ nuſquā melius potui pōere.
Ph. Bene igitur ratio accepti atqꝫ expenſi inter nos conuenit.
Tu me amas: ego te amo. merito id fieri vterqꝫ exiſtimat.
Hęc qui gaudent: gaudeant perpetuo ſuo ſemper bono.
Phm. Age accūbe igr. cedo aqꝫ manibus puer. appone hic mēſulā.
Qui inuidēt: ne vnquā eorū quiſquā inuideat prorſus cōmodi.
Sca. Vide tu an ibi ſint vnguēta? Ph. qd opus eſt? cū iſtac accūbo.
Sed eſt ne hic meus ſodalis: qui huc incedit cum amica ſua?
Is eſt callidamantes. cum amica eccū incedit. euge oculus meus.
Conueniunt manipulares. eccos. prędā participes petunt.

Callidamātes. Scapha. Delphiū. Philolaches. Philocōaſiū.

H Duerſum venire inibi ad philolachem
. Volo tēpori. Sca. audi. en tibi impetratum eſt.
Nam illi vbi ſunt: inde effugi foras:
Ita me ibi male conuitii ſermoniſqꝫ pertęſum.
Nunc comeſſatum ibo ad philolachetē:
Vbi nos hilari ingenio & lepido accipiet.
Ecquid tibi videor mammam adire?
Sēper iſtoc modo morari vita debebaſ.
Vis ne ego te ac tu me amplectere? Del. ſi tibi ē cordi facere: licet.
Cal. Lepida es. duce me amabo. Del. caue ne cadas. aſta.
Cal. Ohoh ocellus es meus. tuus ſum alumnus mel meū.
Del. Caue modo ne prius in via accūbas: quā illic vbi lectus eſt
Stratus comis. Cal. ſine ſine cadere me. ſine & hoc
Quod mihi in manu eſt. Del. ſi cades: non cades: quin cadā tecū.
Iacentis tollet poſtea nos ambos aliquis.
Madet homo. Cal. tun mea vis mammam adire?
Del. Cedo manū. nolo equidē te affligi. Cal. en tene age ſimul.
Quo ego eālan ſcis? Del. ſcio in mentē venit. Cal. modo nēpe
Domū eo cōmeſſatum. Del. immo iſtuc quidē iam memini.
Ph. Nunc nō vis me obuiā hiſce ire anime mi? Philoco. illico
Ex oīb9 optime volo. Ph. iā reuertar. Philoco. diu eſt iā id mihi.
Cal. Ecquis hic eſt? Philoco. is eſt. Cal. en philolaches ſalue
Amiciſſime mihi omniū hominū. Philoco. dii te ament.

Accuba callidamantes.vnde agis te? Cal.vnde homo ebrius.
Ph$^{m}$.Probe.qn amabo accũbas delphiũ mea.Cal.da illi qđ bibat.
Dormiã ego iã.Del.num mirũ:aut nouũ quippiam facit?
Ph. Quid ego hoc faciã poſtea mea.Philo.ſic ſine eũ quieſcere.
Age interim da delphio cito cantharum circum.

Tranio.Philolaches. Callidamãtes.Delphiũ.Philocõaſiũ.

IVpiter ſupremus ſummis opibus atq; induſtriis
Me periſſe & philolachetẽ cupit herilẽ filium.
Occidit ſpes noſtra.nuſquam ſtabulum eſt confidentię:
Nec ſalus nobis ſaluti iam eſſe:ſi cupiat:poteſt:
Ita aliũ erroris montẽ maxumũ ad portũ modo
Conſpicatus ſum.herus aduenit peregre.periit tranio.
Ecquis homo eſt: qui facere argẽti cupiat aliquantum lucri?
Qui hodie ſeſe excruciari pro me animo poſſit pati?
Vbi ſunt iſti plagipati ferrei tribraces viri?
Vel iſti qui trium nummorũ cauſa ſubeunt ſub haſta?
Vbi alii qui dindymenęis aſtis corpus tranſfigi ſolent?
Ego dabo ei talentum:prius qui in crucẽ excurrerit:
Sed ea lege vt offigantur.bis pedes.bis brachia.
Vbi id erit factum:a me argẽtũ petito pręſentariũ.
Sed ego ſum ne ille infœlix:qui non curro curriculo domũ?
Ph. Adeſt obſoniũ.eccũ tranio a portu adit.Tra.philolaches.
Ph. Quid eſt?Tra.ego & tu.Ph.qđ? Tra.& ego & tu perimus.
Ph.qđ ita?Tra.pr̃ adeſt.Ph.qđ ego ex te audio?Tr.abſũpti ſumus.
Pater inquã tuus venit.Ph.vbi eſt is obſecro?Tra.adeſt.
Ph. Quis id ait?quis vidit? Tra.egomet inquã vidi.Phi.vę mihi.
Quid ego agã?Tr.nunqđ tu malũ me rogitas qđ agas?accũbas.
Ph. Vidiſti?Tra.egomet inquam.Philoco.certe inquam occidi:
Si tu vera memoras.Tra.quid mihi ſit boni ſi mentirer?
Ph. Quid ego nunc faciã?Tra.iube hęc hinc omnia amolirier.
Quis iſtic dormit?Ph.callidamantes.Tra.ſuſcita iſtum delphiũ.
Del. Callidamãtes callidamãtes vigila.Cal.vigilo.cedo vt bibã.
Del. Vigila.pater aduenit peregre philolachis.Cal.valeat pater
Ph. Valet ille quidem:atq; diſperii.Cal.diſperiſti?qui poteſt?
Ph. Quęſo ædepol exurge:pater aduenit.Cal.tuus venit pater.
Iube abire rurſum.quid illi reditio etiã huc fuit?
Ph. Quid ego agã?pr̃ iã hic me offendet miſerũ adueniẽs ebriũ.

Aedis plenas conuiuarum & mulierum.miſerū eſt opus
Sicut ego aduentu patris:nunc quero quid faciam miſer.
Tra. Ecce autē hic depoſuit caput & dormit.ſuſcita.
Ph. Etiā vigila.pater inquā aderit iā hic me⁹.Cal.ain tu pater?
Cedo ſoleas mihi vt arma capiā.iam pol ego occidam patrē.
Ph. Perdis rē.tace amabo.abripite hunc intro actutū īter man⁹.
Cal. Iā hercle ego vos pro matula habeo:niſi matulam datis.
Ph. Perii.Tra.habe bonū aīum.ego iſtū lepide medicabo metū.
Ph. Nullus ſum.Tra.taceas ergo.qui iſtec ſedēs medicabor tibi.
Satin habes:ſi ego aduenientem ita patrē faciam tuum:
Non modo ne introeat:verum etiam vt fugiat lōge ab ædibus.
Vos modo hinc abite intro:atq; hec hinc propere amolimini.
Ph. Vbi ego ero?Tra.vbi maxime eſſe vis:cum hac cū iſtac eris.
Del. Quid eſt igī abeamus hinc nos?.Cal.nō hoc lōge delphiū
Nam metuis potare haud tantillo hac quidē cauſa minus.
Ph. Hei mihi cōmiſta hec blāda dicta.quo eueniat madeo metu.
Tra. Potin aīo vt ſis quieto:|& facias qđ iubeo?Philoco.poteſt.
Tra. Omnium primū philochomaſium intro abi: & tu delphiū
Ph^m. Morigere tibi erimus ambe.Tra.ita ille faxit iupiter.
Animumaduorte: nunc tu iam que volo adcurarier.]
Omnium primū dum ædis iam fac occluſe ſient.
Intus caue mutire quemquam ſiueris.Ph.curabitur.
Tra. Tanquā ſi intus natus nemo in ædibus habitet.Philo.licet.
Tra. Neu quiſquā reſpondet quādo haſce ædis pultabit ſenex.
Ph. Nūquid aliud?Tra.clauim mihi harunſce ædiū nunc iam
Iube efferri intus: haſce ego ædis occludam hinc foris.
Ph. In tuam cuſtodiam meq;:& meas ſpes trado tranio.
Tra. Pluma haud intereſt patronus:an cliens propior fiet
Homini cui|nulla eſt in pectore audacia.
Nam cui vis homini.vel optumo vel peſſumo
Quamuis de ſubito facile eſt facere nequiter.
Clauem cedo atq; abi intro:atq; occlude oſtium:
Ph. Verum id videndum eſt id viri docti eſt opus
Que deſignata ſint.'& ficta nequitia
Nequid ponatur:quamobrem pigeat viuere.
Tra. Tranquille cuncta & tu proueniant ſine modo.
Sicut ego efficiam:que facta hic turbabimus
Profecto vt liqueant omnia & tranquilla ſint.

Necꝫ quicquã nobis pariant ex eo incommodi.
Sed quid tu egrederis? ſpero iam iã optume
Pręceptis paruiſti? Philoco.iuſſit maxumo ope orare vt patrē
Aliquo vt abſterreres modo ne introiret. Tra.adeſt
Quin etiã hoc illi dicito facturum vt ne etiam
Aſpicere ædis audeat: capite obuoluto vt fugiat
Summo cum metu. clauim cedo atꝫ abi hinc intro atꝫ
Occlude oſtium: & ego hinc occludam. iube venire nunc iam
Ludos ego hodie viuo pręſenti hic ſene faciam:
Quod credo mortuo nunquam fore.
Concedam a foribus huc: hinc ſpeculabor procul
Vnde aduenieti ſarcinam imponam ſeni.

Teuropides ſenex. Tranio ſeruus.

HAbeo neptune gratiam magnam tibi
Cum me amiſiſti a te vix viuum modo.
Verum ſi poſthac me pedē latum modo
Scies impoſuiſſe in vndam?: haud cauſa illico eſt
Quod nunc voluiſti facere quin facias mihi.
Apage apage me nunc iam poſt hunc diē.
Quod crediturus tibi fui: omne credidi.
Tra. Aedepol neptune peccauiſti largiter
Qui occaſionē hanc amiſiſti tam bonam.
Teu. Triennio poſt ægypto aduenio domum.
Credo expectatus veniam familiaribus.
Tra. Nimio pol ille potuit expectatior
Venire: qui te nunciaret mortuum.
Teu. Sed quid hoc occluſa ianua eſt interdius.
Pultabo: heus ecquis iſtas aperit fores?
Tra. Quis homo ē: qui noſtras ædis acceſſit prope?
Teu. Meꝰ ſeruos hic quidē eſt tranio? Tr. o teuropideſ
Perſalue: ſaluum te adueniſſe gaudeo.
Vſqꝫ inualuiſti? Teu. vſqꝫ: vt vides? Tra. factũ optime.
Teu. Quid vos inſani eſtis? Tra. quidũ. Teu. ſic quia
Foris ambulatis: natus nemo in ædibus
Fuat. necꝫ qui recludat: necꝫ qui reſpondeat.
Pultando pedibus pene confregi haſce ambas.
Tra. Eo an tetigiſti has ædes? Teu. cur non tangerē?
Quin pultando inquam pene confregi fores.

Tr. Tetigiſtin? Teu. tetigi inq̃ & pultaui. Tr. vah. Teu. quid eſt?
Tr. Male hercle factum. Teu. quid eſt negocii? Tr. non poteſt
Dici quam indignum facinus feciſti: & malum.
Teu. Quid iam? Tra. fuge obſecro atq̃ abſcede ad ædibus
Fuge huc. fuge ad me propius. tetigiſtin fores?
Teu. Quomodo pultare potui: ſi non tangerem?
Tra. Occidiſti hercle. Teu. quē mortalē. Tra. omnes tuos.
Teu. Dii te deeq̃ omnis perduant cum iſtoc omine.
Tra. Metuo te atq̃ iſtos expiare vt poſſies.
Teu. Quamobrē vt quā ſubito rē mihi adportas nouam.
Tra. Et heus iube illos illinc amabo abſcedere.
Teu. Abſcedite. Tra. ædes ne attingite. tangite
Vos quoq̃ terram. Teu. obſecro hercle quin eloquere.
Tra. Quia ſeptē menſes ſunt cum in haſce ædes pedē
Nemo intro tetulit: ſemel vt emigrauimus.
Teu. Eloquere quid ita? Tra. circumſpice dum nunquis eſt?
Sermonē noſtrum qui aucupet. Teu. tutum probe.
Tra. Circumſpice etiam. Teu. nemo eſt: loquere nunc iam.
Tra. Capitalis ædis facta eſt. Teu. quid eſt: non intelligo.
Tra. Scelus inquam factum eſt iam diu antiquum & vetus:
Antiquum id adeo nos nunc factum inuenimus.
Teu. Quid iſtic eſt ſceleſte: aut quis id fecit? cedo.
Tra. Hoſpes necauit hoſpitē captum manu.
Iſte vt ego opinor: qui has tibi ædes vēdidit.
Teu. Necauit? Tra. aurumq̃ ademit hoſpiti:
Eumq̃ hic defodit hoſpitē ibidē in ædibus.
Teu. Quapropter id vos factum ſuſpicamini?
Tra. Ego dicam auſculta. vt foris cœnauerat:
Tuus gnatus poſtquam redit a cœna domum:
Abimus omnes cubitum. condormiuimus.
Lucernam forte oblitus fueram extinguere.
Atq̃ ille exclamat de repēte maxumum.
Teu. Quis hō an gnat⁹ me⁹? Tr. ſic. tace auſculta mō.
Ait veniſſe illum inſomnis ad ſeſe mortuum.
Teu. Nēpe ergo inſomnis? Tra. ita. ſed auculta mō.
Ait illum hoc pacto ſibi dixiſſe mortuum.
Teu. Inſomnis? Tra. mirum qui vigilanti diceret:
Qui ab hinc ſexaginta annis occiſus foret.

Interdũ inepte ſtult⁹ es. Teu. taceo. Tr. ſ; ecce q̃ illi ait
Ego tranſmarinus hoſpes ſum diapontius.
Hic habito. hęc mihi dedita eſt habitatio.
Nam me in acheronte recipere horcus noluit:
Quia prematurę vita careo. per fidẽ
Deceptus ſum. hoſpes hic me necauit: iſq; me
Defodit in ſepultum clam ibidẽ in hiſce ædibus
Sceleſtus auri cauſa. nunc tu hinc emigra.
Sceleſtę ſunt ædes. ſimpla eſt habitatio.
Quę hic monſtra fiunt: anno vix poſſum eloqui.
Secede. Te. qd obſecro hercl' fctm̃ ẽ? Tr. ꝯcrepuit foriſ.
Hic me percuſſit. Teu. guttã haud habeo ſanguinis.
Viuum me adcerſunt ad acheruntẽ mortui.
Perii. hiſce hodie hanc contra dabunt fabulam.
Nimiſq; formido ne manifeſto hic me opprimant.
Tra. Quid tute tecum loquere? abſcede ab ianua.
Fuge obſecro hercle. Teu. quo fugiam? etiã tu fugies?
Tra. Nihil ego formido. pax mihi eſt cum mortuis.
Teu. Heus tranio. Tra. non me appellabis ſi ſapis.
Nihil ego commerui: neq; iſtas percuſſi fores.
Teu. Queſo quid ægre eſt? qui te agitat tranio?
Qui cum iſtęc loqre? Tra. an queſo tu appellaueras?
Ita me dii amabunt mortuum illum credidi
Expoſtulare: qa percuſſiſſes fores. ſed tu etiã ne aſtas
Nec qđ dico obtẽperas? Te. qd faciã? Tr. caue reſpexiſ.
Fuge: atq; opi caput. Te. cur nõ fugis tu? Tr. pax mihi eſt cũ mor-
Teu. Scio quod modo igitur cur tantopere extimueras? (tuis.
Tra. Nihil me curaſſis inquã. ego mihi prouidero.
Tu vt occœpiſti: tantum quantum quis fuge:
Atq; herculẽ inuocabis. Teu. hercules te inuoco.
Tra. Et ego tibi hodie vt det ſenex magnũ malũ.
Proh dii immortales obſecro veſtram fidẽ.
Quid ego hodie negocii confeci malum.

Daniſta. Tranio. Teuropides ſenex.

SCeleſtiorẽ ego annum locando argẽto fœnori
Nunquam illum vidi: quã mihi annus obtigit.
A mane ad noctẽ vſq; in foro ego diẽ
Locare argenti nemini nummum queo.

Nunc pol ego perii plane imperpetuum modũ.
Tr. Daniſta adeſt qui dedit qui amica eſt empta.
Manifeſta res eſt: niſi quod occurro prius
Ne hoc ſenex reſciſcat: ibo huic obuiã.
Sed quid nam hic ſeſe tã cito recipit domum?
Metuo ne de hac re quippiã inaudiuerit.
Accedã atq; appellabo: vt quã timeo miſer.
Nihil eſt miſerius: quã animus hominis conſcius:
Sicut me habet. verum vt res hęc ſeſe habet:
Pergam turbare porro. ita hęc res poſtulat.
Vnde is? Te. conueni illum vnde haſce ædes emerã.
Tr. Num quid dixiſti de illo quod dixi tibi?
Te. Dixi hercle vero omnia. Tra. hei miſero mihi.
Etiam fatetur de hoſpite? Teu. immo pernegat.
Tra. Cape hercle obſecro cum eo vna iudicem.
Sed eum videto vt capias: qui credat mihi.
Tam facile vinces: quã pirum volpes comeſt.
Metuo ne technę meę perpetuo perierint.
Te. Quid tu tecũ? Tra. nihil enim. ſed dic mihi
Dixtin quęſo? Teu. dixi inquam ordine omnia.
Tra. Etiam fatetur de hoſpite? Te. immo pernegat.
Tra. Negat quãdo cogitas? Teu. dicã ſi confeſſus ſit.
Quid nunc faciundũ cẽſes? Tra. egon quid cẽſeam?
Cape obſecro hercle cum eo vna iudicẽ.
Sed eum videto vt capias qui credat mihi.
Tam facile vinces quã pirum volpes comeſt.
Da. Sed philolachetis ſeruum eccum traniũ:
Qui mihi neq; fœnus neq; ſortẽ argẽti dannunt.
Quo te agis? Tra. nequoquã abeo. nę ego ſum miſer.
Sceleſtus natus eſt deis inimicis omnibus.
Iam illo pręſente adibit. nę ego ſum miſer.
Ita & hinc & illinc mihi exhibent negocium.
Sed occupabo adire. Da. hic ad me it. ſaluus ſum.
Spes eſt de argento. hilarus ẽ. Tra. fruſtra eſt homo.
Saluere iubeo te mi ſaturitas bene.
Da. Salue & tu. quid de argento? Tra. abi ſis belua.
Continuo adueniens pilum inieciſti mihi.
Da. Hic homo inanis eſt. Tra. hic hõ eſt certe hariolꝰ.

Da. Quid tu iſtas mutiſcis trichas? Tra. quin quid vis cedo?
Da. Vbi philolaches eſt. Tra. nunquam potuiſti mihi
Magis opportunus aduenire: quam nunc aduenis.
Da. Quid eſt? Tra. concede huc. Da. quin mihi argētū redditur?
Tra. Scio te bōa eē voce: ne clama. Da. ego hercle vero clamabo.
Tra. Ahah morē mihi gere. Da. quid tibi morē ego vis geram?
Tra. Abi q̄ſo hic domū. Da. abeā. Tra. redito huc circiter meridiē.
Da. Reddetur ne igr̄ fœnꝰ? Tr. reddetur. nūc abi. Da. qd ego huc
Recurſam aut operam ſumam: aut conteram?
Quid ſi hic manebo potius ad meridiē?
Tra. Immo abi domum. verum crede dico. abi modo.
Da. Quin vos mihi fœnus date: quod hic negamini?
Tra. Tu hercle nę tu abi modo: auſculta mihi.
Da. Iam hercle ego illum nominabo. Tra. euge ſtrenue.
Beatus vero es nunc: quum clamas me vt puto.
Da. Multos me hoc pacto iam dies fruſtramini.
Moleſtus ſi ſum: reddite argentum. abiero.
Tra. Reſponſiones omnes hoc verbo eripit.
Sortem accipe. Da. immo fœnus. id primum volo.
Tra. Quid tu hominum omnium deterrime.
Veniſti huc extētatum? habeas quod in manu eſt.
Non dat. non debet. Da. non debet? Tra. nec erit quidē
Ferre hoc potes: an quod abeat foras
Vrbē exul hic cauſa tui: quin ſortē potius dare licebit.
Da. Quin non peto? Tra. fuge. optume eccū ædiū dominꝰ foras
Simo progreditur. ipſus huc conceſſero: dum mi ſenatum
Conſilii in cor conuoco. tū accedā huc quando q̇d agā inuenero.

Simo ſenex. Tranio ſeruus.

MElius anno hoc mihi non fuit domi.
Nequid eſca vna meruerit magis.
Prandium vxor mihi perbonum dedit.
Nunc dormitum iubet me ire. minime.
Nam mihi forte viſum in loco fuit
Melius: quam prandium quod ſolum dedit.
Voluit in cubiculum abducere. eamus.
Non bonus ſomnus eſt de prandio. apage.
Clanculum ex ædibus me edidi foras.
Tota turget mihi vxor ſcio nunc domi.



BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Tra. Res parata eſt mala in veſperū huic ſeni.
Nam & cœnandū & cubandū ſi intrabit male.
Si. Quo magis cogito cum meo animo.
Si quis dotatam vxorem habet: male
Hominem ſollicitat ſopor. ire dormitum
Odio eſt. exequi certa res eſt: vt abeam
Potius hinc ad forum: quam domi cubem.
Atq; poll neſcio: vt moribus ſient
Veſtrę hę. ſat ſcio quam me habeat male:
Peius poſt hac fore quam fuit mihi.
Tra. Abitus tuus tibi ſenex fecerit male.
Nil erit: ꝙ deorum nullum accuſites.
Te ipſe iure optimo merito incuſes licet.
Tempus nunc eſt ſenem hunc alloqui me.
Hoc habet. repperi qui ſenem ducerem.
Quo dolo a me dolorem procul pellerem.
Accedam. di te ament plurimum ſimo.
Si. Saluos ſis tranio. Tra. vt vales? Si. nō male.
Quid agis? Tra. hominem optimum teneo. Si. amice facis:
Dum me laudas. Tra. decet certe. Si. hercle te ego
Haud bonum teneo ſeruum. eia maſtigia
A meridie amiſti gerro. quid nunc mox?
Tra. Quid eſt? Si. quid ſolet fieri hic? Tra. quid id eſt? Si. loquar.
Si decet morem geras. vita quam ſit breuis ſimul cogita quidē.
Tra. Hem vix tandem percepi ſuper his rebus noſtris te loqui.
Si. Muſice hercle agitis ætatem ita vt vos decet
Vino & victu: piſcatu probo electili
Vitam colitis. Tra. immo vita ante hac erat.
Nunc nobis communia hęc exciderunt.
Si. Quid dum? Tra. ita oppido occidimus omnes ſimo.
Si. Non taces. proſpere vobis cuncta vſq; adhud proceſſerunt.
Tra. Ita vt dicis facta haud nego. nos profecto probe
Vt voluimus: viximus. ſed ſimo ita nunc ventus nauem deſeruit.
Si. Quid eſt quomō peſſume: q̄ nec ſubducta erat tuto in terra?
Tra. Hei. Si. quid eſt? Tra. me miſerum occidi. Si. qui? Tra. quia
Venit nauis noſtrę naui quę frangat ratem.
Si. Velim vt tu velles tranio. ſed quid eſt negocii? Tra. eloquar.
Herus peregre venit. Si. tuus ne? Tra. cor tenditur.

Inde feri iterum.poſtea hem obſecro:ne indicium
Hero facias meo.Si.e me ne qdē metuas.nihil ſciet.
Tr. Patrōe ſalue. Si.nihil moror mihi iſtiuſmōi cliētiſ.
Tra. Nunc hoc quod ad te noſter me miſit ſenex.
Si. Hoc mihi reſponde primum: quod ego te rogo:
Iam de iſtis rebus veſter quid ſenſit ſenex.
Tra. Nihil quicquā.Si.nunquid increpauit filium?
Tra. Tam liquidū eſt:quā liquida eſſe tēpeſtas ſolet.
Nunc te orare iuſſit opere maxumo:
Vt ſibi liceret inſpicere haſce ædis tuas.
Si. Non ſunt venales.Tra.ſcio equidē iſtuc:ſed ſenex
Gynęcium ædificare volt hic in ſuis:& balneas
Et ambulacrum & porticum.Si.quid conſomniauit?
Tra. Ego dicā tibi. dare volt vxorē filio quātū poteſt.
Ad eam rem facere volt nouum gynęcium.
Nam ſibi laudaſſe ait architectorem
Neſcio quem:ædificatas has ſane bene.
Nunc hinc exemplum capere volt.niſi tu ne vis.
Si. Nam ille malo quidem ab opere exemplum petit.
Quia hic eſſe æſtatē perbonā ſub dio ſol ꝑpetuū diē.
Immo ædepol vero cum vſquequaꝗ vmbra eſt:
Tamen ſol ſemper hic eſt vſꝗ a mane ad veſperum:
Quaſi flagitator adſtat vſꝗ ad oſtium.
Nec mihi vmbra vſquam eſt: niſi in puteo quępiā eſt.
Tra. Quid ſarſinatis ecqua eſt:ſi vmbram nō habes?
Si. Moleſtus ne ſis.hęc ſunt ſicut prędico.
Tra. Attamen inſpicere volt.Si.inſpiciat ſilubet.
Si quid erit quod illi placeat:de exemplo meo
Ipſe ædiſicato.Tra.eon voco huc hominē?Si.voca.
Tra. Alexādrū magnūlatꝗ agathoclē aiūt maxumas
Duo res geſſiſſe.qd mihi fiet tertio q ſolꝰ facio faciora īmortalia.
Vehit clitellas.vehit hic autem alter ſenex.
Nouum mihi quęſtum inſtitui non malum.
Nam muliones mulos clitellarios habent.
Ego habeo homines clitellarios. magni
Sunt oneris.quicquid imponas vehunt.

Tranio ſeruus. Teuropides. Simo ſenes duo.

NVnc auſculto:an colloquar? congrediar.
Heus teuropides.Te.hem quis me nominat?
Tra. Hero ſeruus multū ſuo:quo me miſeras affero oē īpetratū.
Te. Quid illic obſecro tam diu deſtitiſti?
Tra. Seni non ocium erat.id ſum opperitus.
Te. Antiquum obtines hoc tuum:tardus vt ſis.
Tra. Heus tu ſi voles verbum hoc cogitare:
Simul flare ſorbereq; haud factu facile eſt.
Ego hic eſſe:& illic ſimul haud potui.
Te. Quid nunc?Tra.viſe ſpecta tuo arbitratu.
Te. Age.duc me.non moror.ſubſequor te.
Tra. Senex ipſe ante oſtium eccum opperitur:
Sed mœſtus eſt ſe haſce vendidiſſe.Te. quid tandē?
Tra. Orat vt ſuadeā philolacheti:vt iſtas remittat ſibi.
Te. Haud opinor:ſibi quiſquam iure metuit.
Si male emptę forēt:nobis iſtas redhibere haud place
Lucri quidquid eſt: id domū trahere oportet. (ret.
Tra. Satius domum eſt operęprecium iuiſſe
Recte ędepol mōeſ.Si.eho.iſtū puer circūduce haſce ędis: & cōcla
Nā egomet ductarē:niſi mihi eſſet ad forum negocium. (uia.
Te. Apage iſtum a me.nihil moror ductarier:quidquid eſt.
Si. Perductet quiſpiam ædes dico.Te.ego intro eo igitur
Sine perductore.Si.illicet.Te.ibo intro igitur.
Tra. Mane ſis videā ne canis.Te.age dū vide ē.Si.abi.Te. canis ē
Abi dierecta.Tra.eſt?Si.abi hinc in malam crucē. at etiam reſtas?
Te. Eſt?Si.abi hinc: nihil pericli eſt.age tam placida eſt
Quam fœta.qua viſere intro audacter licet.
Ego eo hinc ad forum.Tra.feciſti commode.bene ambula.
Te. Tranio age canē iſtam a foribus abducat face:
Et ſi non metuēda eſt.Tra.qn tu iſtā aſpice:vt placide accubat.
Niſi moleſtum videri te atq; ignauum iam vt lubet.
Te. Seqre hac me igr̄. Tr.eqdē haud vſq; ab ædib9 abſcedā tuis.

Daniſta. Tranio. Teuropides. Simo.

SEerui qui cum culpa carent:tum malum metuunt:
Hi ſolēt eſſe heris vtibiles.nam qui nihil metuunt:
Poſtquam ſunt malum meriti:ſtulta ſibi expetunt conſilia.
Exercent ſeſe ad curſuram.fugiunt.ſed hi ſi reprēſi ſunt:

Faciunt a malo peculium.quod nequeunt augent.eſt pauſilum
Mihi in pectore conſilii.malā rē prius cauebo:
Quam vt meum corium ex ſinceraſtum cernam.
Vt adhuc mihi fuit corium:eſſe oportet
Syncerum:atq; vt vetē verberare.
Si huic imperabo:prope tectum habebo malum.
Cum impluit cęteris:ne impluat mihi.
Nam vt heri volunt eſſe ſeruum:ita ſiet.
Bonis cum probi ſint.malis ſint mali.nā nunc domi
Noſtrę tot peſſimi viuunt peculii ſui prodigi
Plagigeruli.vbi aduerſum vt eant vocātur
Hero:non eo.moleſtus ne ſis.ſcio quo ꝓperas.geſtis
Aliquo iam hercle ire vis mula foras paſtum
Bñ merēs hoc preciū.inde auſcultaui exiliui foras.
Solus nunc eo aduerſum hero explurimis ſeruis.
Hoc dii craſtini cum herus reſciuerit:mane
Caſtigabit eos bubulis exuuiis.
Poſtremo minori ſpero tergum illorum q̄ meum.
Miſericordias tandem habere hominē oportet.
Te. Moram hercle facis.ſubſequere.Tra.fiat.
Do tibi ego opam.ſenex illic eſt.hē tibi adduxi hoīez.
Si. Saluum te adueniſſe pegre gaudeo teuropides.
Te. Dii te amēt.Si.inſpicere ædis te has velle aiebat mihi.
Te. Niſi tibi incōmodū eſt.Si.imo eſt cōmodū. i intro:atq; īpiſce.
Tra. Et enim mulieres?Si.caue tu vllam floccifaxis mulierum.
Qua libet perambula ædes oppido tanquam tuas.
Te. Tanquā? Tra.ha caue ne illi obiectes nunc in ægritudine
Te has emiſſe.non tu vides hunc vultu vt triſti eſt ſenex?
Te. Video.Tra.ergo irridere ne videare:& geſtire admodum:
Noli facere mētionē te emiſſe.Te.intelligo.
Et bene monitum duco: ac eſſe exiſtimo humani ingenii.
Quid nunc?Si.quin tu is intro:atq; ocioſe perſpecta vt lubet.
Te. Bñ boniq; arbitror te facere.factum ædepol volo.
Si. Vin qui perductet?Te.apage iſtum perductorē.non placet.
Si. Quid eſt?Tra.errabo potius:quā perductet quiſpiam.
Tra. Vide veſtibulū ante ædis hoc:& ambulacrum cuiuſmodi.
Te. Luculētum ædepol.Tra.age ſpecta poſtes cuiuſmodi.
Quanta firmitate facti:& quanta craſſitudine.

Te. Non videor vidiſſe poſtis pulchriores. Si. pol mihi
Eo precio empti fuerant olim. Tra. audin fuerant dicere?
Vix videtur continere lachrymas. Te. quanti hoſce emeras?
Si. Tris minas pro iſtis duobus pręter vecturam dedi.
Tra. Hercle: qui multo improbiores ſunt: quā a primo credidi.
Te. Qua propter? Tra. qa ædepol ambo ab infimo terrā ſecāt.
Si. In tempeſtiuos exciſos credo. id eis vicium nocet.
Atq; etiam nunc ſatis boni ſunt: ſi ſunt induti pice.
Non enim pultifagus opifex operam fecit barbarus.
Tr. Vidē coagmēta ī forib⁹? Te. video. Tr. ſpecta q̄ arcte dormiūt.
Te. Dormiunt? Tra. illud quidē vt conniuēt volui dicere.
Satin habes? Te. vt quidquid magis contēplor: tāto magis placet.
Tra. Viden pictum vbi ludificatur cornix vna vulturios duo?
Cornix aſtat. ea vulturios duo viciſſim vellitat.
Quęſo huc ad me ſpecta: cornicem vt conſpicere poſſis.
Iam vides? Te. profecto nullam equidē illic cornicē intuor.
Tra. At tu iſtac ad vorſum obtuere: quoniam cornicem nequis
Conſpicari: ſi vulturios forte duos poſſis contui.
Te. Omnino vt te abſoluam: nullam pictam conſpicio hic auē.
Tra. Age iam mitto. ignoſco ætati non quis obtuerier.
Te. Hęc q̄ poſſum: ea mihi profecto cuncta vehementer placēt.
Da. Illi erunt bucedę multo potius: quam ego ſim reſtio.
Mane tu: atq; aſſiſte illico. Tra. moleſtus ne ſis. nemo dat.
Age quid lubet. tu ſolus credo fœnore argētum datas.
Da. Cedo fœnus. Tra. fœn⁹ illic. fœn⁹ hic. neſcit qdē niſi fœnus.
Fabularier veto te. neq; ego tetriorem belluam
Vidiſſe me vnquam quenquam te cēſeo.
Da. Non ædepol nunc me iſtis tu verbis territas.
Tra. Calidum hoc eſt. & ſi procul abes: vrit male.
Te. Quid illud ē fœn⁹? Da. & ſortē dabit pr: cū adueniet peregre.
Tra. Iam multo prius is tibi & fœnus & ſortem dabit.
Nę inconciliate quid nos porro poſtules
Vide num moratur? Da. quid feram: ſi quid datur.
Te. Quid ais tu? Tra. quid vis? Te. quis illic eſt? quid illic petit?
Quid philolachetē gnatum compellat? ſic & pręſenti
Tibi facit conuicium? quid illi debetur? Tra. obſecro hercle iube
Obiici argētum ob os impurum beluę. Te. iubeam?
Tra. Iube in hominem argenteos verberarier.

Da. Perfacile ego ictus perpetior argenteos.
Te. Quod illud argentum eſt? Tra. huic debet philolaches
Paulum. Te. quantulum? Tra. quaſi quadraginta minas.
Ne ſane id multum cēſeas. Te. paulum id quidē eſt.
Tra. Audin videtur obſecro hecle idoneus
Daniſta: qui ſit genus quod improbiſſimum eſt.
Te. Nō ego iſtuc curo qd ſit: vñ ſit. id volo mihi dici. id me ſcire ex
Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio. (peto.
Tra. Quattuor quadraginta illi debētur minę.
Dic te daturum vt abeat. Te. egon dicam dare? Tra. dic.
Te. Ego ne? Tra. tu ipſus dic: modo auſculta mihi.
Promitte age inquam: ego iubeo. Te. reſponde mihi.
Quid eo eſt argento factum? Tra. ſaluum eſt. Te. ſoluite
Voſmet igitur: ſi ſaluum eſt. Tra. ædes filius tuus emit.
Te. Aedis? Tra. ædis. Te. euge philolaches. patrizat iam homo.
In mercatum auortitur. ain tu ædis? Tra. inquam.
Te. Sed cuiuſmodi? Tra. qui ſcire poſſum? Te. vah. Tra. quid eſt?
Te. Ne me roga. Tra. quid ita ſpecula claras canorē merum.
Te. Bñ hercle factū. qd eas quāti deſtinat? Tra. daniſta ēt reſpicis?
Da. Mihi moleſtus ne ſis. Tra. vide vt faſtidit ſimia.
Da. Mihi ſum libet eſſe. quid hic curas. manes ne illico
Impure paraſite? Tra. qui paraſitus ſum. Da. ego enim dicam.
Cibo pduci potes quo vis. Tra. ferocē facis: quia te æratus amat.
Da. Nun oculi dolēt? Tra. cur? Da. quia fumus moleſtus.
Tra. Tace ſis faber: qui cudere ſoles plumbeos nummos.
Da. Non potes tu cogere me vt tibi maledicam.
Tra. Noui te. rus me ſuam quidem pol culcitrulam optat.
Da. Si ſobrius ſis: male nō dicas. tibi obtēperē: cū tu mihi neq̄as.
Tra. At tu mecum peſſume aduerſus queſo hercle abſtine
Iam ſermonem de iſtis rebus. Da. faciam & pultabo fores.
Tra. Heus ecquis hic eſt? maximam qui is iniuriam
Foribus defendat? Da. ecquis ecquis huc exit? atq; aperit.
Nemo hinc quidē foras exit. vt eſſe addecet neq; hoīes: ita ſunt.
Sed eo magis cauto eſt opus: ne huc exeat qui male me mulctet.

Tranio ſeruus. Teuropides ſenex.

QVid tibi viſum eſt mercimonii? Te. totus gaudeo. (ſcio.
Tr. Nū nimio emptę tibi vidētur? Te. nunq̄ ædepol ego me
Vidiſſe vnquā abiectas ædes niſi modo haſce. Tr. ecquid placēt?

Te. Ecquid placēt me rogas? immo hercle vero perplacēt.
Tra. Cuiuſmodi gynęcium: quod porticum? Te. inſanū bonū.
Non equidē vllam in publico eſſe maiorē hac exiſtimo.
Tra. Quin ego ipſe & philolaches in publico omnis porticus
Sumus commēſi. Te. quid igitur? Tr. longe omniū lōgiſſima eſt.
Te Dii immortales mercimonii lepidi hercle nunc ferat.
Sex talēta magna argēti pro iſtis pręſentaria
Nunquā accipiet. Tr. ſi recte accipere cupies: ego nunquam ſinā.
Te. Bñ res noſtra collocata eſt iſtoc mercimonio.
Tra. Me ſuaſore atq; impulſore id factum audacter dicito:
Qui ſubegi fœnore argētum ab daniſta vt ſumeret:
Quod iſti dedimus arraboni. Te. ſeruauiſti omnē ratē.
Tra. Nēpe octoginta debētur huic minę. Te. at immo amplius
Hodie accipiat. Tra. enimuero ne qua cauſa ſubſiet
Vel mihi denumerato: ego illi porro denumerauero.
Te. At enim nequid captioni mihi ſit ſi dederim tibi.
Tra. Ego ne? te ioculo modo auſim dicto aut facto fallere?
Teu. Egon abs te auſim non cauere ne quidē mittam tibi?
Tra. Quin tibi vnquam quicquā poſtq; tuus ſum verborū dedi.
Te. Ego eñ caui recte. Tra. eandē inis grām. Te. atq; animo meo
Sat ſapio: ſi abs te modo vno caueo. Tra. tecum ſentio.
Te. Nunc abi rus dic me adueniſſe filio. Tra. faciam vt voles.
Teu. Curriculo abi. iube in vrbē veniat iam ſimul tecum licet.
Tra. Nunc ego me illac per poſticum ad congerrones conferā:
Dicam vt hic res ſunt quietę: atq; vt hunc hinc amouerim.

Aduerſitor. Daniſcus. Teuropides ſenex.

HIc quidē neq; conuiuarum ſonitus itidē vt ante hac fuit.
Neq; tibicinam cantantē: neq; alium quēquam audio.
Teu. Quę illęc res eſt? qd illic hoīes q̄runt apud ædis meas?
Quid volunt: qui intro ſpectant? Da. pergam pultari oſtium.
Heus reclude: heus tranio & iā aperis? Teu. quę hęc eſt fabula?
Da. Etiam ne aperis? callidamanti noſtro aduorſum venimus.
Te. Heus vos pueri quid iſtic agitis? quid iſtas ædis frangitis?
Da. Her⁹ hic nr̄ potat. Te. her⁹ hic veſter potat? Da. ita loquor.
Te. Puer nimium delicatus. Da. ei aduerſum venimus.
Te. Cui homini? Ta. noſtro. queſo quotiēs dicēdum eſt tibi?
Te. Puer hic nemo habitat. nam te eſſe arbitror puerū probū.
Da. Non hic philolaches adoleſcēs habitat hiſce ædibus?

Ad. Senex hic cerebroſus eſt certe. Da. erras peruerſe pater.
Nam niſi hic hodie emigrauit aut heri: certo ſcio hic habitare.
Te. Qui ſex mēſes iā hic nemo habitat. Da. ſomnias. Te. ego ne?
Ad. Tu tu. Te. ne moleſt9. ſine me cū puero loqui. nemo habitat?
Da. Habitat profecto: nā heri & nudiuſtertius: quartus: quint9.
Sextus vſq; poſtquā hinc peregre eius pater abiit:
Nunquam hic triduum vnum deſitum eſſe: & bibi.
Te. Quid agis? Da. triduū vnū eſt haud intermiſſum hic eē. & bibi.
Scorta duci: pergręcari: fidicinas tibicinas ducere.
Te. Quis iſtęc faciebat? Da. philolaches. Te. quid philolaches?
Da. Cui patrē teuropidē eſſe opinor. Te. hei occidi:
Si hęc hic vera memorat. pergam porro percontarier.
Ain tu iſtic potare ſolitū philolachē iſtū quiſqs eſt cū hero veſtro?
Da. Hic inquam. Te. puere pręter ſpeciē ſtultus es: viſis ne forte
Ad merēdam quopiam diuorteris: atq; ibi meliuſquā ſatis fuerit
Biberis. Da. qd eſt? Te. ita dico ad alias ædis pperam ne veneris.
D. Scio q̄ me ire op3: & q̄ venerī noui locū. philolaches hic hītat
Cuius eſt pater teuropides: qui poſtquā ad mercatum abiit:
Hic tibicinā liberauit. Te. philolaches ergo? D. ita philematiū qdē
Te. Quāti? Da. triginta talētis. Te. matō appollo. Da. ſed minis.
Te. Ain minis triginta amicā pręſtinatū philolachē? Da. aio.
Te. Atq; eam manu emiſiſſe? Da. aio. Te. & poſtquā eius hic pr̄
Sit profectus peregre: ppotaſſe aſſiduo tuo cū domino? Da. aio.
Te. Quid? ais ædis hic pxumas? Da. nō aio. Te. q̄draginta & dedit
Vſq; pignori? Da. neq; iſtud aio. Te. hei perdis. Da. immo ſuum
Patrē illic pdit. Te. vera cātas. vana vellē. patris amicus videlicet
Heu ædepol patrē eum miſerū prędico. Da. nihil hoc quidē eſt
Triginta; minę: pręter quam alios dapſiles ſumptus facit.
Perdidit patrē vnus iſtic ſeruos acerrimus tranio.
Is vel herculi conterere quęſtum poteſt T. e. ædepol
Me eius patris miſeret: qui cum iſtęc ſciet facta: ita amburet
Miſero ei corculum carbunculus: ſi quidē iſtęc vera ſunt.
Da. Quid merear quāobrē mētiar: heu vos ecquis haſce aperit?
Te. Quid ita pultas: vbi nemo intus eſt. alio credo comeſſatum
Abiſſe. Da. abeamus nunciam. Te. puer iam ne abis?
Libertas penula eſt tergo tuo.? Da. mihi niſi herum
Vt metuam & curē: nihil eſt qui tergum tegam.

Teuropides ſimo ſenes duo.

PEri hercle.quid opus eſt verbis:vt audio
Non equidē in ægyptum hinc modo vectus
Fui:ſed etiam in terras ſolas:oraſq; vltimas
Sum circumuectus:ita vbi nunc ſim neſcio.
Verum iam ibo.nam eccum vnde ædis filius
Meus emit.quid ais tu?Si.a foro incedo domum.
Te. Nunquid pręceſſit ad forum hodie noui?
Si. Etiam.Te.quid tandem?Si.vidi efferri mortuum.Te.hem.
Si. Nouum vnum vidi efferri mortuum foras.
Modo vixiſſe eum aiebant.Te.vę capiti tuo.
Si. Quid tu ocioſus res nouas requiritas?
Te. Quia hodie adueni peregre promiſſi foras.
Si.Ad cœnam ne me tu euocare ceſeas.Te.haud poſtulo ædepol.
Verum cras niſi prius vocauerit me apud te cœnauero.
Si. Ne iſtuc quidē ædepol poſtulo.Te.niſi quid magis.
Es occupatus.operam mihi da maxime.minas triginta
Accepiſti quaſi iam a philolachete?Si.nunq̄ nummū quod ſciā.
Te. Quid a tranione ſeruo?Si.multo id minus.
Te. Quas arraboni tibi dedit.Si.quid ſomnias?
Te. Ego ne?Si.at quidē tu.Te.qui iſtoc te ſperas modo:
Poteſſe diſſimulandō infectum hoc reddere?
Si. Quid autem?Te.quod me abſente hic filius
Negocii geſſit.Si.mecum vt ille hic geſſerit
Dum tu hinc abes negocii:quidnam aut quo die?
Te. Minas tibi octoginta argēti debeo.Si. nō mihi quidē hercle.
Verum ſi debes cedo fides ſeruanda eſt:ne ire inficias poſtules.
Te. Profecto non negabo debere & dabo: tu caue quadraginta
Accepiſſe hinc ne neges.Si.quęſo ædepol huc me aſpecta.
Et reſponde mihi:te velle vxorē aiebat tuo nato dare.
Ideo ædificare hoc velle aiebat in tuis.Te.habeo ſatis.
Hic edificare volui?Si.ſic dixit mihi.Te.hei mihi diſperi vos o
Vicini:perii.interii.Si.nunquid tranio turbauit?Te.immo
Exturbauit oīa. Si.te ludificat⁹ eſt?Te. me hodie in dignis modis.
Si. Quid tu ais?Te.hęc res hic eſt vt narro tibi.
Deludificatus eſt me hodie in perpetuum modum.
Nunc te obſecro:vt me bene iuues:operamq; des.
Si. Quid vis?Te.i mecum obſecro vna ſimul.
Si. Fiat.Te.ſeruorumq; operam:& lora mihi cedo.

Si. Sume. Te. eademq; opera hęc tibi narrauero.
Quis me exemplis hodie ludificatus eſt.

Seruus tranio. Teuropides. Simo ſenex. Lorarii. Daniſta.
QVi homo timidus erit in rebus dubiis is nauci non erit.
Atq; ecquidē quid id eſſe dicam verbum nauci neſcio.
Nam herus me poſtquam rus miſit: vt filium ſuum accerſerem:
Ab illo per angiportum ad hortum noſtrum clanculum
Oſtium quod in angiportu eſt: horti patefeci fores.
Eaq; eduxi omnem legionem: & maris: & fœminas.
Poſtquam ex obſidione in tutum eduxi maniplares meos:
Capio conſilium: vt ſenatum congerronum conuocē.
Quoniam conuocaui: atq; illi me e ſenatu ſegregant.
Vbi egomet video verti rē in meo foro: quantum poteſt:
Facio idē: quod plurimi quibus res timida aut turbida eſt.
Pergunt turbare: vſq; vt quid ſit conquieſcere.
Nam ſcio equidē nullo pacto iam eſſe poſſe clam ſenē.
Sed quid hoc eſt. quod foris concrepuit proxima vicinia?
Herus meus hic quidē eſt guſtare ego eius ſermonem volo.
Te. Illico contra limē aſtate illic: vt cum extēplo vocē:
Continuo exiliatis manicas celeriter connectite.
Tra. Talētis magnis totidē quot ego & tu ſumus
Si arraboni has dedit quadraginta minas:
Hic ſumpſit quaſi dedimus: ſatin intelligis?
Nam poſtquam hic ædis vendiderat: vt dixi tibi:
Continuo eſt alias ædis mercatus ſibi. Te. bene hercle factum.
Tra. Herus iam aperit meridies. abſolue hūc quęſo vomitum.
Ne hic nos enecet: quattuor quadraginta illi debentur minę.
Et ſors: & fœnus: tantum eſt. Da. nihilo plus peto.
Tra. Velim quidē hercle vt vno nummo plus petas.
Da. Adoleſcēs mecum rem habet. nempe abs te petam.
Te. Petito cras ab eo. Da. habeo ſat ſi cras fero.
Tra. malum quod dii deęq; omnes duint:
Ita mea conſilia perturbat planiſſime.
Nullum ædepol hodie genus eſt hominum tetrius.
Nec minus bono cum iure quam daniſticum:
Te. Quia in regione iſtas ædis emit filius?
Tra. Ecce autem perii. Te. dicis ne hoc quod te rogo?

Tra. Dicam.ſed nomen domini quero quod ſiet.
Te. Age comminiſcere ergo.Tra.quid agam nunc iam?
Niſi in vicinum hunc proximum mendacium
Eas emiſſe ædis huius dicam filium.
Callidum hercle audiui eſſe optimum mēdacium
Quidqd dei dicūt id decretū eſt dicere.Te.qd igitur iam cōmētus?
Tra.Dii iſtū pdiunt:immo iſtunc potius de vicino hoc proximo
Tuus emit ædis filius.Te.bona fide?Tra.ſi quidē es argētum
Redditurus:tum bona:ſi redditurus non es:non emit bona.
Te.Nō i loco emit pbono.Tr.imo optio.Ta.cupio hercle īſpicerē
Has ædis:pulta dum fores atq; euoca aliquē intus ad te trani o
Tra. Ecce aūt iterū nūc quid dicā neſcio.iterū iā ad vnū ſaxum
Me fluct? effert.qd nūc hercl'.qd nūc faciā.ecce manifeſto teneor.
Te. Euoca dum aliquē foras:rogo circunducat.
Tra. Heus tu:at hic ſunt mulieres vidēdum eſt primum:
Vtrum eſſe velint ne:an non velint.Te.bonum æquumq; oras.
Percontare & roga:ego hic tantiſper dum exis tu operiar foris.
Tra. Dii te deæq; omnes funditus perdant ſenex.
Ita mea conſilia vndiq; oppugnas mala.
Te. Ego illum ante ædis preſtolabor ludificatorē meum.
Cuius ego ludificabo corium.ſi viuo.
Tra.Res palam eſt.nunc te videre melius eſt quid agas tranio.
Te.Docte atq; aſtute mihi captādū eſt cū illoc:vbi illuc aduenerit.
Non ego illi extēplo ita meum oſtendam ſenſum.
Mittam lineam:diſſimulabo me horum quicquam ſcire.
Si.O mortale malum:alter hoc athenis nemo doctior dici poteſt.
Tra. Verba illi non magis hodie quiſquam quam lapidi poteſt.
Te. Aggrediar hoīem appellabo.nunc ego ille huc veniat velim.
Tra. Si quidē pol me queris id ſum preſens preſenti tibi.
Te. Fuge tranio quid agitur?Tra.veniunt ruri ruſtici.
Philolaches iam hic aderit.Te.ædepol mihi opportune aduenit
Noſtrum ego hunc vicinū opinor eſſe hoīem audacē.& malum.
Nam niſi hic hodie emigrauit aut heri certo ſcio hic habitare.
Tra.Qui dū?Te.q negat nouiſſe vos.Tr.negat?Te.nec vos ſibi
Nummū vnq̃ argēti dediſſe.Tr. abi ludis me:credo haud negat.
Te. Immo ædepol negat profecto: neq; ſe haſce ædis philolachi
Vendidiſſe.Tra.eho negauit ſibi datum argentum obſecro?
Te. Quin iuſiurandum:pollicitus eſt dare.ſi vellem mihi.

Necꝫ ſe haſce ædis vendidiſſe:necꝫ ſibi argētum datum eſſe.
Dixi ego iſtuc idē illi.Tr.quid ait?Te.ſeruos pollicitus eſt dare
Suos mihi omnes queſtioni:nugas nunquā mihi ędepol dabit.
Tra. Dat profecto:quin & illum in ius inueniam mane.
Te. Experiar vt opinor:certum eſt mihi.Tra.hominem cedo.
Te. Quid ſi igitur ego accerſam hoīes.Tr. factū eſſe iā oportuit.
Vel hominē iube ædis mancipio poſcere.Te.immo primū volo
Queſtioni accipere ſeruos.Tra.faciundum ædepol cenſeo.
Ego interim hāc arā aoccupabo.Te.quid ita?Tra.nullā rē ſapis.
Ne enim illi huc confugere poſſint:queſtioni quos dabit.
Hic ego tibi preſidebo ne interbitat queſtio.
Te.Surge.Tr.minime.Te.ne occupaſſis obſecro:armati cur ſiēt.
Quia enim id maxime volo.illi iſtoc confugiant ſine.
Tanto apud iudicem hunc argenti condēnabo facilius.
Tra. Quod agas:id agas.quid tu porro vis ſerere negocium?
Neſcis quam meticuloſa res ſit ire ad iudicem?
Te. Surge dum huc.eſt cōſulere eligitur quiddā quod tecū volo.
Tra. Sic tamen hinc conſilium dedero:nimio plus ſapio ſedēs.
Tunc conſilia firmiora ſunt de diuinis locis.
Te. Surge ne nugare;aſpice dum cōtra me.Tra.aſpexi.Te.vides?
Tra. Video:huc ſi quis intercedat tertius pereat fame.
Te. Qui dū?Tra.quia nihil queſti ſit:mali hercle ambo ſumus.
Te. Perii.Tra.quid tibi eſt?Te.dediſti verba:qui tandē probri
Me emunxſti?Tra.vide ſi ſatin recte nummi huc fluunt?
Te. Immo etiā cerebrū quocꝫ omne ſme capite emunxſti herꝫ.
Nam omnia malefacta veſtra repperi radicitus.
Nunquam ædepol hodie inultus diſtinaui tibi.
Iam iubeo ignem & ſarmenta carnifex circundari.
Tra. Ne faxis.nam elixus eſſe quam aſſus ſoleo ſuauior.
Te.Exēpla ædepol faciā ego in te.Tra. qa placeo exēplū expetis.
Te. Loquere cuiuſmodi reliqui quom hinc abibam filiū?
Tra. Cū pedibus manibus:cum digitis:auribus:oculis:labris.
Te. Aliud te rogo.Tra.aliud ego nunc tibi reſpondeo.
Sed eccum tui gnati ſodalem video hic cedere
Callidamantem.illo preſente mecum agito ſi quid voles.

Callidamātes adoleſ. Teuropides ſenex.Tranio.

UBi ſomnum ſepeliui omnemcꝫ obdormiui crapulam:
Philolaches veniſſe mihi ſuum peregre huc patrem

Quoq; modo hominem ſeruos ludificatus ſit.
Ait ſe metuere in conſpectu accedere.
Nunc ego de ſodalitate ſolus ſum orator datus.
Qui a patre eius conciliarem pacem: atq; eccum optime.
Iubeo te saluere: & ſaluos cum aduenis teuropides.
Peregre gaudeo: hic apud nos hodie cœnes. Te. ſit tale.
Callidamante te dii ament: de cœna facio gratiam.
Cal. Quin venis? Tra. promitte: ego ibo pro te ſi ire non libet.
Te. Verbero etiā irrides? Tra. quin me p̄ te ire ad cœnā autuma.
Te. Non enim ibis: ego ferare faxo vt meruiſti in crucē.
Tra. Age mitte iſta hęc & me ad cœnam dic iturum: quid taces?
Cal. Sed tu iſtic quid confugiſti in aram inſcitiſſimus?
Tra. Aduenicns perterruit me: loquere nunc quid fecerim.
Nunc vtriſq; diſceptator eccum adeſt age diſputa.
Te. Filium corrupiſſe aio te meum. Cal. auſculta modo.
Fateor peccauiſſe: amicam liberaſſe abſente fœnori.
Argentum ſumpſiſſe. id eſſe abſumptum prędico.
Nunc quid aliud fecit niſi quod faciunt ſummis gnati generibus.
Te. Hercle mihi tecum cauendum eſt: nimis quis orator catus.
Cal. Sine me dum iſtuc iudicare. ſurge: ego iſtuc adſedero.
Tra. Maxime. accipito huc ad te litem. Cal. enim iſti ccaptio eſt.
Tra. Fac ego ne metuam: & tu meam timeas vicem.
Iam minoris ſcio prędam. Te. quibus modis
Me ludificatus eſt. Tra. bene hercle factum & factum gaudeo.
Sapere iſta ætate oportet: quis capi capite candido.
Te. Quid ego nunc faciā. ſi amicus dephilo aut philomontes?
Tra. Dicito his quo pacto. tuus te ſeruos ludificauerit.
Optimas fruſtrationes dederis in comœdiis.
Cal. Tace parumper ſine me viciſſim loqui auſculta. Te. licet.
Cal. Omnium primum ſodalē me eſſe ſcis gnato tuo.
Is adiit me. nam illum prodire pudet in conſpectum tuum.
Propterea quia fecit: quęte ſcire ſcit: nunc te obſecro:
Stultitiæ adoleſcentięq; eius ignoſcas. tuus eſt.
Scis ſolere illac ætate tali ludo ludere.
Quidquid fecit: vna nobiſcum fecit. non deliquimus.
Fœnus. ſortē. ſumptumq; omnem qui amica eſt: omnia
Nos dabimus. nos conferemus: noſtro ſumptu. non tuo.
Te. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis

Quam tu.ne illi ſum iratus neq; quicquam ſubcenſeo.
Immo me pręſente.amato.bibito.facito quod lubet.
Si hoc pudet feciſſe ſumptum:ſuplicii habeo ſatis.
Tra. Diſpudet iſtam veniam:quid me fiet nunc iam?
Te. Verberibus cedere lutum pendens:tam & ſi;pudet.
Interimam hercle.Cal.ego iubeo fac iſtam cunctam gratiam.
Tranio ni remitte quęſo hanc noxam cauſa mea.
Te. Aliud quid vis impetrari a me facilius perferam.
Quam vt non ego iſtum pro ſuis factis peſſumis
Peſſum premā.Tra.mitte quęſo tu me.Te.vidē vt reſtat furcifer?
Cal. Tranio?Te.quin ſi ſapis tu quieſce hanc rem modo petere.
Ego illum verberibus vt ſit quietus ſubegero.
Tra. Nihil opus profecto.Cal.age iam ſine te exorarier.
Te. Nolo.Cal.q̄ſo hercle.Te.nolo nunq̄; oras.neqcquā veniſ.
Cal. Hanc modo vnam noxiam vnam quęſo hanc cauſa mea.
Quid grauaris quaſi gratiam non commeream?
Si aliam noxiam: ibi vtrumq; & hoc & illud poteris vlciſci probe.
Sine te exorē.Te.age.habe.abi impune.hem huic habeto gratiā.
Spectatores fabula hęc eſt acta.vos plauſum date.

Plauti poetę clariſſimi comoedię decē explicitę ex impreſſiōe cōplutenſi in officina Arnaldi guillelmi brocarij. Abſolutū op⁹.xv.kl'. Nouēbris āno ſalutis.m.d.xvij.

